

K E Y

TO

LATIN PROSE COMPOSITION

FOR THE

MIDDLE FORMS OF SCHOOLS

BY

M. A. NORTH, M.A.

ASSISTANT MASTER AT CLIFTON COLLEGE

AND THE

REV. A. E. HILLARD, M.A.,

HEADMASTER OF DURHAM SCHOOL

THIRD EDITION

RIVINGTONS

34, KING STREET, COVENT GARDEN
LONDON

1904

Textkit - Greek and Latin Learning Tools
<http://www.textkit.com>

K E Y
TO
LATIN PROSE COMPOSITION
FOR THE MIDDLE FORMS OF SCHOOLS

EXERCISE 1.

- | | |
|---------------|-----------------|
| 1. Present. | 8. Imperfect. |
| 2. Imperfect. | 9. Present. |
| 3. Imperfect. | 10. Pluperfect. |
| 4. Present. | 11. Perfect. |
| 5. Imperfect. | 12. Imperfect. |
| 6. Present. | 13. Present. |
| 7. Perfect. | 14. Present. |

EXERCISE 2.

1. Ad urbem eo ut panem emam.
2. Ad urbem ivit ne patrem videret.
3. Domum ivimus ut amicos videamus.
4. Ad Caesarem ibimus ut pacem rogemus.
5. Ne me miseris ut pacem rogemus.
6. Celeriter currebamus ne caperemur.
7. Equum emi ne fessus sim.
8. Date ei gladium ne interficiatur.
9. Ad Italianam ieratis ut regis filium viderentis.
10. Missi sumus ut pacem rogaremus.

EXERCISE 3.

1. Hostes se receperunt ut pugnam vitarent.
2. Ducentos mittemus ut hostium iter impediamus.
3. Celeriter iter fecerunt ne hostes consilia (sua) cognoscerent.
4. Ad summum collem processimus ut hostium castra videremus.
5. Cum Caesare iter facit ne a nobis accusetur.
6. Laboramus ut divites fiamus.
7. Venerunt ut arma nos rogent.
8. Ne ignavum te putemus, fortiter pugna.
9. Illoc fecit no pauper consul esset.
10. Non debemus hoc facere ut laudemur.

EXERCISE 4.

1. Missus sum ut pacem rogarem.
2. Hoc faciam ut amicos juvem.
3. Abierunt ne videantur.
4. Abierant ne viderentur.
5. Aegros relinquemus ne impediamur.
6. Ut amicos juvemus dolorem pati volumus.
7. Ut nos juvarent (*or* nobis subvenirent) celerrime contentenderant.
8. Hoc fecit ut consul fieret.
9. Se receperunt ne occiderentur.
10. Ad summum collem eamus ut campum videamus.

EXERCISE 5.

1. Ne ipse accusarer, amicum meum accusavi.
2. Bonos laudare debemus ut alios bonos faciamus
3. Ut hostes vitetis celerrime contendite.
4. Aegros reliquimus ne impediremur.

5. Non veni ut inimicos vitem.
6. Ut tutus sis mane in urbe.
7. Nos omnes tecum veniemus, ut tutus sis.
8. Ne veneris ut me serves.
9. Ne hostes urbem caperent totus exercitus profectus est.
10. Ne ab hostibus capiantur noli multos mittere.

EXERCISE 6.

1. Tam fortes sunt milites ut semper hostem vincant.
2. Ita hoc fecit ut non eum laudemus.
3. Tot erant hostes ut nostri omnes timerent.
4. Tam celeriter effugit ut nemo eum capere posset.
5. Tam ferociter pugnatum est ut omnes milites occisi sint.
6. Tantum est periculum ut nullae naves servari possint.
7. Tam altum est flumen ut nemo id possit transire.
8. Toties hostes vicerunt ut nunc eos despiciant.
9. Tantus erat eorum timor ut non auderent flumen transire.
10. Tanta tempestas coorta erat ut omnes nautae timerent.

EXERCISE 7.

1. Adeo eramus defessi ut in campo maneremus.
2. Satisne estis fortes ut hostem vincatis?
3. Tam alta nix erat ut non profici sceremur sed in castris maneremus.
4. Toties hoc dixit ut jam defessus sim.
5. Tot erant hostes ut facile urbem ceperint.
6. Tam alta erat arbor ut ceciderit et humi jaceret.
7. Non satis fortes eramus ut in pugnam rediremus.
8. Tanta erat ejus fortitudo ut omnes eum laudarent vellentque eum sequi.
9. Tam facile hoc fecit ut non defessus sit.
10. Tales erant hae arbores ut non eas ascendere possemus.

EXERCISE 8.

1. Ita laboremus ut omnes nos laudent.
2. Tot milites advenerant ut castra plena essent.
3. Toties mare transivimus ut tempestates non timeamus.
4. Toties me rogavit ut librum ei dederim.
5. Copiae hostium tantae sunt ut eas despiciere non possimus.
6. Adeo territi sumus ut omnes fugeremus.
7. Tot homines occisi sunt ut non rursus pugnaremus.
8. Tam ignavi sunt ut in proelium redire non audeant.
9. Satis validi sumus ut te servemus.
10. Non satis validi eramus ut contra eos pugnaremus.
11. Tam validi sunt ut laborare semper velint, neque fessi fiant.

EXERCISE 9.

1. Arbor tam alta erat ut caderet (*or* ceciderit).
2. Mare tantum est ut id transire non possimus.
3. Tam alta erit nix ut proficiisci non possimus?
4. Nautae adeo territi sunt ut navem relinquerent (*or* reliquerint).
5. Tam fortis erat ut mare transiret et domum rediret (*or* perf. subj.)
6. Collis tam altus est ut eum ascendere non possimus.
7. Pueri tam ignavi erant ut eos non laudarem.
8. Tam fortis est ut laudari debeat.
9. Tanta erat virtus ejus ut omnes eum laudarent.
10. Insula talis est ut nolim eam videre.
11. Tam bene laborabant ut divites fierent et ab omnibus laudarentur.

EXERCISE 10.

1. Venimus ut muros defendamus.
2. Tam fortis adest nemo ut solus muros ascendet.
3. Murus tam altus factus est ne quis unquam eum ascenderet.
4. Murus tam altus factus est ut nemo unquam eum posset ascendere.
5. Tam defessus sum ut non possim laborare.
6. Nuntii qui missi sunt ut pacem rogarrent redierunt.
7. Leges quas Romani fecerunt tam bonae erant ut nemo eas violare vellet.
8. Loquere de me ne unquam rursus me accuset.
9. Divites pauperes juverunt ne fame morerentur.
10. Adeo laesus est ut mortuus sit.

EXERCISE 11.

1. Ut pacem rogarerit missus est ne cives fame morerentur.
2. Tam celeriter nuntii advenerunt ut nemo mortuus sit.
3. Abito celeriter ne quis te videat.
4. Tam bene muros defendebamus ut hostis se reciparet neque urbem caperet.
5. Tam alta nix erat ut multi frigore morerentur.
6. Celeriter proficisci ne quis te videat.
7. Satisne fortis es ut solus proficiscaris?
8. Ne hoc feceris ne ignavus esse videarisi.
9. Altam fossam fecimus ne quis eam transeat.
10. Tam alta fossa facta est ut nulli milites eam transire possent.

EXERCISE 12.

1. Tot tela missa sunt ut nullus locus tutus esset.
2. Scutum satis magnum erat ut eum defendereret.
3. Ne quis ignavus sit hoc opus omnibus datum est.
4. Tam ignavi erant ut se reciperent neque urbem defendenter.
5. Copiae nostrae satis magnae sunt ut hostes repellant.
6. Eum interfecimus ne nos laederet.
7. Tam fortis est ut hostes non timeat sed pugnas amet.
8. Hoc opus ita fecit ut omnes id laudarent.
9. Fortis esto ut te laudemus et amicum appellemus.
10. Tam celeriter abiit ut nunquam rursus eum videremus.

EXERCISE 13.

1. Tam paucos misit ut muros defendere non possemus.
2. Tam celeriter redibimus ut non debeas mortem timere.
3. Is qui audet hostes despicere satis fortis est ut eos vincat.
4. Nemo tam fortis est ut nunquam timeat.
5. Subvenimus vobis ne quid opus impedit.
6. **Scutum ferebat ne ullum telum se laederet.**
7. Scutum tantum ferebat ut nullum telum eum laedere posset.
8. Omnes interfecti sunt, ne ullus nuntius domum unquam rediret.
9. A tot viris accusor ut me ipsum defendere non possim.
10. Ne unquam vincaris ne timueris unquam.

EXERCISE 14.

Miles pauper aliquando mulum ducebat auro oneratum quod ad Alexandrum Magnum missum erat. Tam fessus erat mulus ut non diutius onus ferre posset et miles aurum

ipse portare cogeretur. Sed casu ipse Alexander illum sequebatur adeoque humanitatem ejus mirabatur ut diceret “Conare, mi amice, domum aurum portare, nam do tibi omne.”

EXERCISE 15.

Celeriter hostes progressi sunt ut urbem caperent. Tam pauci milites in urbe erant ut vix muros defendere possent. Sed novae copiae progrederentur et illi constituerunt fortiter resistere, ut hae advenirent hostesque vincerent. Tam ferox erat impetus ut muri paene caperentur; sed tandem novae copiae advenerunt et hostes se receperent. Tanta erat civium laetitia ut in templo se conferrent et dis multa dona darent.

EXERCISE 16.

Milites, qui totum illum diem iter fecerant, tam defessi erant ut vix collem ascendere possent. Alii ut celeriter contenderent arma abjiciebant; alii adeo labore confecti erant ut amici eos portarent. Sed tanta erat eorum fortitudo ut tandem ad summum collem advenirent hostiumque castra conspicerent. Hic se celabant ne ab hostibus viderentur.

EXERCISE 17.

Toties a Caesare victi erant ut nuntios ad eum mitterent et pacem peterent. Ne rursus pugnare vellent, Caesar eos obsides rogavit, quos ei dederunt. Exercitus antea Gallorum tantus erat ut Caesar prope eos manere nollet, et discederet. Ne hostes sequerentur suos celerrime duxit; et ante noctem (*in*) castra inierunt.

EXERCISE 18.

Persa quidam e Persia expulsus ad urbem Athenas venit ut Cimonem videret. Multum aurum et argentum attulit ut donis Cimonem amicum faceret. Roganti Cimoni "Affers-ne hanc pecuniam ut amicitiam meam emas?" respondit Persa: "Volo te amicum facere." "Aufer," inquit Cimon, "pecuniam ne te inimicum existimem, amicitia enim neque vendi neque emi potest."

EXERCISE 19.

Pyrrhus, rex Graecus, pecuniam dedit Fabricio, duci Romano, ut exercitum Romanum proderet. Nullum autem donum tantum erat ut Fabricium temptaret. Graecus quidam ad castra Romana venit ut donum acciperet et tunc (*or* dono accepto) regem interficeret. Sed tam probus erat Fabricius ut hominem regi redderet ut ab eo puniretur.

EXERCISE 20.

1. Sperare facilius est quam credere.
2. Qui imperare volunt ei discere debent parere.
3. Bonus imperator esse putabatur.
4. Omnium militum est velle pro patria mori.
5. Desine ignavus esse et disce laborare.
6. Constituimus amicis subvenire.
7. Hi non solent pugnare.
8. Verine esse amici tibi videbantur?
9. Dux constituit in colle castra ponere.
10. Mentiri non audebant.
11. Nonne coacti estis domum relinquere?
12. Non sinunt nos in urbe manere.

EXERCISE 21.

1. Bonorum civium est conari pauperibus succurrere.
2. Discere facilius est quam docere.
3. Si milites iter facere nolunt, puniuntur.
4. Sibi soli vult prodesse.
5. Barbari dicuntur fortissimi esse.
6. Constituerunt hostem in urbem sequi.
7. Jucundum est eos juvare qui se juvare possunt.
8. Omnes mentiri turpe debent putare.
9. Alii imperare solent, alii parere.
10. Ii qui aliis imperare solent discere debent parere.
11. Stultum putant pro patria mori.
12. Omnes debent eos qui sapientes esse videntur laudare.

EXERCISE 22.

1. Celerius quam nunc possum discere solebam.
2. Queri inutile est.
3. Nunquam desinit de amicis queri.
4. In campo manere constituimus.
5. Fortissimus esse mihi visus est.
6. Regere difficilius est quam regi.
7. Si alios juvare conanimur, illi nos juvare volunt.
8. Ego manere malo, tu discedere.
9. Constituerunt laborare ne punirentur.
10. Domum cum amicis ire solebant.
11. Coacti sunt se recipere.

EXERCISE 23.

1. Non debes vir esse cupere.
2. Dux contra hostes proficiisci constituit.
3. Dicere facilius est quam persuadere.

4. Nunquam desinere debes discere.
5. Si discere cupimus magistros semper habere possumus.
6. Amicos non juvare idem est atque eos laedere.
7. Puni eum si discere non vult.
8. Urbem defendere constituimus.
9. Multa emere coacti sumus quae utilia esse non videntur
10. Me invitum loqui cogis.

EXERCISE 24.

1. Victo exercitu dux fugit.
2. Regulus hosti traditus interfectus est.
3. Victis hostibus dux domum rediit.
4. Civibus arcessitis haec dixit.
5. Capti milites arma tradidere.
6. Copias collectas in hostes duxit.
7. Galli armis abjectis ab Romanis capti sunt.
8. Captum nuntium interfecerunt.
9. Fratre occiso in silvas fugit.
10. Hostes nuntios captos interfecerunt.

EXERCISE 25.

1. Rex factus civitati prodesse conabatur.
2. Regibus exactis consules creati sunt.
3. Milites, armis abjectis, e proelio effugerunt.
4. Caesar Galli victis obsides imperavit.
5. Nostri duces captos ad Caesarem adduxerunt.
6. Gladio rapto hostem occidere conatus est.
7. Castra capta incendimus.
8. Hostibus victis milites domum redire volebant.
9. Captivos liberatos domum misit.
10. Galli victi pacem petierunt.

EXERCISE 26.

1. Lapso equo captus sum.
2. Nuntius haec locutus abiit.
3. Quum ad urbis portam advenissent constiterunt.
4. Nostri decem milia passuum progressi ad flumen per venerunt.
5. Visis hostium copiis nostri se receperunt.
6. Timentibus nostris dux se recepit.
7. Quum constitissemus castra posuimus.
8. Moriturus filios convocavit.
9. Profectis hostibus nos pedem rettulimus.
10. Gallis muros adortis urbs expugnata est.

EXERCISE 27.

1. Nostri, cum ad portas advenissent, eas aperire conati sunt.
2. Nostri portis apertis ingressi sunt.
3. Galli moenibus oppugnatibus urbem expugnarunt (*or* cuperunt).
4. Domo mea collapsa domum ad Caium me contuli.
5. Domum ingressus Caium appellavi.
6. Nocte appropinquante castra posuimus.
7. Hieme ineunte trans (ultra) flumen nos recepimus.
8. Patre morituro domum rediit.
9. Ille, cum domi dormiisset, mane discessit.
10. Nuntius regressus hoc responsum rettulit (*or* rētulit).

EXERCISE 28.

1. E silva egressi castra hostium vidimus.
2. Haec locuti discessimus.
3. Haec locutus e castris egressus est.

4. Capta Troja Graeci domum redierunt.
5. Regnante Romulo Roma urbs erat parva.
6. Juvenis imperfectus est pro patria pugnans.
7. Captum nuntium hostes interfecerunt.
8. Castra posita vallo munierunt.
9. Exercitu collecto in hostes contenderunt.
10. Galli, quum nobis resistere non possent, arma abjecerunt.

EXERCISE 29.

1. Silentio facto haec dixit.
2. Mortuus est dormiens.
3. Mortuo Remo Romulus solus rex factus est.
4. Magnis monibus visis non urbem oppugnavimus.
5. Accepto supplemento hostibus resistere poteramus.
6. Consule Crasso pax erat.
7. Hortatus milites eduxit.
8. Incenso oppido discessimus.
9. Fratre occiso in silvas fugit.
10. Hostibus secutis (*or* sequentibus) non constitimus.

EXERCISE 30.

1. Illi domum regressi libenter ab amicis accepti sunt.
2. Milites ex urbe egressi ad castra redierunt.
3. Occisus est amicum servare conans.
4. Nocte appropinquante castris relictis in hostes progressi sumus.
5. Hoc (*or* quo) auditio dux pedem referre constituit.
6. His dictis se ad pedes regis projicit.
7. Hic decimus annus est ab urbe condita.
8. Gallum imperfectum in silva sepelivit.
9. Veris initio (*or* vere appetente) profecti in hostes contenderunt.
10. Haec dona accepta filio suo dedit.

EXERCISE 31.

1. Illi castra munientes ab hostibus oppugnati sunt (*or* Hostes eos castra munientes adorti sunt).
2. Castra, nonnullis jam egressis, ab hostibus oppugnata sunt.
3. Hostes nonnullos e castris egressos aggressi sunt.
4. Caesare in castra ingresso milites hostium impetus fortius sustinebant.
5. Suos ita (in hunc modum) hortatus discessit.
6. Urbe prodita abiérunt.
7. Exercitu in urbem reducto obsides imperavit (*or* poposcit).
8. Regibus expulsis Romani consules habebant.
9. Aegris in castris relictis hostem secuti sunt.
10. Hostem sequens occisus est.

EXERCISE 32.

Victis jam hostibus dux suos in castra reduxit, quae vallo munita erant. Legatus in castris relictus de proelio non certior factus est; qui, ut exercitum procul visum exspectaret in summum vallum ascendit. Egressus (autem) appropinquantes de proelio interrogavit. Adeo tamen erant defessi ut nihil ei dicere vellent sed armis abjectis ad tabernacula se conferrent.

EXERCISE 33.

Pane jam eso omni nos fame peribamus. Dux autem convocatis nobis panem dedit quem in sua domo celatum servaverat; tum apertis portis et ipse et milites per hostium castra effugerunt. Sauciis solis in urbe relictis nos ipsos hostibus dedidimus; qui multo auro argentoque ex urbe ablato brevi nos reliquerunt.

EXERCISE 34.

Hostibus conspectis Galli flumen transiortunt et ponte resciuso Caesaris adventum exspectabant. Hic statim pugnare noluit cum sui defessi essent (*or suis defessis*). Itaque, cum in colles contendisset, castris positis, contra hostes egressos castris et frumentum petentes descendit. Quibus victis captos vendidit, et ponte refecto ad urbem rediit.

EXERCISE 35.

Explorator ad summum collem regressus hostes gradatim trans campum progradientes conspexit. Quod, cum ad castra venisset, imperatori nuntiavit. Castris igitur statim motis ultra flumen profecti sumus. Ponte resciuso, ne hostes nos sequerentur, totum diem iter per silvas fecimus, et nocte appropinquate (*or sub noctem*) ad urbem Spoletium appropinquavimus. Hic commeatu collecto nos defendere constituimus; moenia enim et portae urbis a Romanis facta validissima erant.

EXERCISE 36.

1. Ruri (*or -e*). Domi. Ex Asia. Athenis. Aestate. Nocte *or noctu*. Totam noctem.
2. Omnes copias ad Labienum in castra misit.
3. Augustus Nolae mortuus est septuaginta annos natus.
4. Cicero consul fuerat paucis ante annis.
5. Proxima aestate rus ibo.
6. Decem annos domi tuae (*apud te*) manebam.
7. Tribus diebus Athenas advenies.
8. Hieme Syracusas me contuli. Nix duos pedes alta erat.
9. Tribus abhinc mensibus Carthaginem meum amicum vidi.
10. Nix ruri altior erat quam in urbe.

EXERCISE 37.

1. Nova navis quinquaginta pedes longa est.
2. Messanae. Carthagini (*or -e*). Sagunti. In Sicilia. Florentia. Pisas.
3. Aut Athenis aut Corinthi tres annos manebimus.
4. Eo die quo pugnatum est.
5. Novem post annis nocte domum regressus sum.
6. Novem diebus Carthaginem redibo.
7. Nonne vis in Italiam abre ut amicos tuos visas?
8. E Sicilia profectus Brundusium se contulit, deinde in Graeciam.
9. Domi eritis?
10. Decem abhinc diebus rure in urbem regressus sum.

EXERCISE 38.

1. Romani Cannis gravem cladem acceperunt.
2. Quinque dies exercitus progressus est.
3. Quattuordecim diebus auxilium ad urbem veniet.
4. Qum iter Athenas faceret Corinthi cunctatus est.
5. Cum ex Asia Brundisium navigaret tempestate periit.
6. Rus ibo ut meum fundum videam.
7. Hannibal bellum in Italia quattuordecim annos gessit.
8. Tribus post diebus a fratre interfectus est.
9. Quinto die tempestas coorta nos coegit ad portum Tarentum ire.
10. Vis-ne Florentiam venire ut domum meam videoas?
11. Ego jam undeviginti annos natus Athenas nunquam visi.
12. Hostibus nos prima luce adortis totum diem pugnabamus.

EXERCISE 39.

1. Ex Hispania. Romam. Florentiae. Alba. In Galliam. Zamam.
2. Urbs tam pulchra erat ut in ea multos annos manerem.

3. Multis jam annis amicos non vidi.
4. Totam aestatem ruri manserunt, et hieme appropinquante ad urbem redierunt.
5. Amici mei Athenis Corinthum venerunt ut me viderent.
6. Castris solis occasu relictis ad proximum oppidum uno cum comite se contulit.
7. Postridie castra septem circiter millia passuum ab hostibus posuit.
8. Vespere ad flumen Alliam pervenerunt, quod undecim circiter millia passuum abest Roma.
9. Hic fluvius triginta pedes latus est et decem pedes altus.
10. Illo die ad patriam rediit, ex qua quindecim annos natus profectus erat.

EXERCISE 40.

Tribus post diebus flumen quinque et quadraginta pedes latum transiimus. Inde bona via quattuor dies progressi Carthaginem advenimus. Paulisper in urbe morati, mox metu civium ea reicta in litore castra posuimus. Cibus quotidie in castra pure apportabatur. Initio veris Uticam contendimus, quae urbs ab Romanis quinque ante annis capta erat.

EXERCISE 41.

Multos dies in castris mansimus impetum hostium expectantes. Noctem quidem omnem clamores cantusque audiebamus, sed interdiu neque eos vidimus neque ausi sumus exire ut exploraremus (*better, ad explorandum*). Castra eorum visa sunt circiter sescentos passus a nobis esse posita, et flumen latum viginti circiter pedes intercessit. Tandem hoc flumine (*usi*) effugere constituimus. Nocte igitur obscura castra reliquimus, et magna lintre parata insciis hostibus adverso flumine (*or. in adversum flumen*) procedere incepimus.

EXERCISE 42.

1. Castris hostium potitus praedam militibus dedit.
2. Cives fame peribant plures quam morbo.
3. Frater meus vir infirmo corpore erat.
4. Sapiens sua sorte contentus est et officiis suis bene fungitur.
5. Nunquam aedes quam has pulchriores vidi.
6. (Qui) quum vir magna fortitudine esset mansit.
7. Hercules duodecim magna difficultate labores suscepit.
8. Exercitus quem ille paravit multo quam noster major est.
9. Mercurio alis freto nullum nave opus erat.
10. Sagitta (quae) ab milite missa (erat) interfectus est.
11. Multo saepius mari quam terra bellum gerebatur.
12. Frater meus me est duobus pedibus altior.

EXERCISE 43.

1. Eodem cibo vescamur quo milites.
2. Ille multo similior est tibi quam Caesar.
3. Solon, vir magna sapientia, leges Athenis dedit.
4. Muri, a Balbo aedificati, magna sunt altitudine.
5. Virtute magis quam muris servabimur.
6. Ex itinere plures amicos quam hostes vidimus.
7. Nulli muri altiores sunt quam Babylonis.
8. Hane domum multo plus admiramur quam illam.
9. Hostium copiae paullo minores sunt nostris.
10. Hostes nos crebris telis aggressi sunt.
11. Caesus est arcubus quibus milites utebantur.
12. Flumen transiimus multis pedibus Rhodano altius.
13. Urbs nostra multis partibus vestra (*or. quam vestra*) major est.

EXERCISE 44.

1. Seimus copias adventuras esse.
2. Dicunt regem mortuum esse.
3. Audiimus pacem factam esse.
4. Nuntiatum est hostem castra movisse.
5. Nuntii dicunt urbem captam esse.
6. Sensimus regem interfectum iri.
7. Constat cives ignavos esse.
8. Dic amico tuo me paratum esse.
9. Promisimus nos Caesari arma daturos esse.
10. Nonne scitis arma captum iri?

EXERCISE 45.

1. Promisimus nos obsides daturos esse.
2. Nuntiatum est urbem captam esse.
3. Dicunt novas copias adesse.
4. Speramus nostros non cessuros esse.
5. Constat Gallos bonos esse milites.
6. Nuntiatur magnam cladem a nostris acceptam esse.
7. Nuntiatum est Caesarem Gallos viciisse.
8. Speramus Caesarem ab Ariovisto victum iri.
9. Senserunt castra ab Ariovisto capta esse.
10. Nonne putasti tuos amicos venturos esse?

EXERCISE 46.

- | | |
|---------------|---------------------------------|
| 1. Se—sua. | 7. Se—eos. |
| 2. Ipse. | 8. Ipse—eos. |
| 3. Ipsi. | 9. Se—eos. |
| 4. Ipsi. | 10. Se—Ipsas. |
| 5. Eos ipsos. | 11. Suos (fecit certiores)—eos. |
| 6. Sibi. | 12. Se. |

EXERCISE 47.

1. Pauci sciebant muros captos esse.
2. Audiistine regis exercitum progreedi?
3. Non credit nos unquam iter conjecturos esse.
4. Negat nos iter conjecturos esse.
5. Promitte te non me secuturum esse.
6. Spero me paucis diebus id tibi daturum esse.
7. Milites exclamabant nunquam se victos esse neque jam cessuros.
8. Simulo me ejus amicum esse.
9. Nesciébam eum te decepisse.
10. Negaverunt se de regis adventu certiores factos esse (*or audiisse*).
11. Minabamur nos eos aggressuros esse domum redeuntes.
12. Ferunt cives ditissimos esse.

EXERCISE 48.

1. Ducem certiorem fecerunt obsides ab omnibus civitatibus datum iri.
2. Nostri certiores facti sunt hostem castra muniisse et impetum exspectare.
3. Nuntiatum est Gallos adesse.
4. Omnes milites affirmabant se nunquam ducem
 { deserturos } esse.
 { relicturos }
5. Promisisti te ad me in castra venturum esse.
6. Affirmaverunt novas copias visas esse atque brevi adventuras.
7. Scio eos promisisse se ante solis occasum venturos esse.
8. Adeo erant territi ut non viderent hostes impetum facere.
9. Legati regem certiorem fecerant bellum conjectum esse.
10. Simulabant se regem de clade certiorem fecisse.
11. Ne simulaveris te patre sapientiorem esse.

EXERCISE 49.

1. Hostes dicuntur adesse.
2. Nuntiatum est hostes adesse.
3. Certior factus est legiones quam primum secuturas esse.
4. Constat proditores jure interfectos esse.
5. Nos certiores facti urbem captam esse pedem rettulimus.
6. Promisit se praedam militibus daturum esse.
7. Negavit eos unquam se pecuniam rogasse.
8. Scis eos non reddituros esse.
9. Captivi ipsi affirmabant se Gallos esse.
10. Dixerunt se pro certo habere castra captum iri.

EXERCISE 50.

1. Dux sensit hostes aggressuros esse.
2. Nuntiatum est per exploratores supplementa advenire.
3. Negaverunt eum sibi praemium promissum dedisse.
4. Spero me Romae te proximo anno visurum.
5. Illi cum cognosserent hostem se mox aggressurum esse, se recipiebant.
6. Certiores facti de hac clade affirmarunt se pedem relatuos esse.
7. Ipsi animadvertisimus nostros cedere velle.
8. Nonne sentis nos ab hostibus cinctos esse?
9. Nuntii nos certiores faciunt hostes castra biduo abhinc reliquise.
10. Legati regem certiorum fecerunt se auxilia ei daturos esse.

EXERCISE 51.

Senex uxori suae his verbis querebatur: (dicebat) se in agros quotidie exire domumque vesperi regredi labore confectum: illam autem domi sedere ignavam. (Ad haec) uxor respondit se ignavam esse nolle promisitque se ipsam postero die in agros exituram esse. Vir igitur domi manebat ut cenam pararet; sed haud talium rerum peritus nihil paravit quod vesperi possent edere; et postridie dixit se laborare atque edere malle quam dormire atque esurire. Itaque ipse in agros exiit.

EXERCISE 52.

Philippo nuntiatum est Romanos adesse. In forum igitur procurrit se proditum esse exclamans misitque alios qui thesauros in mare abjicerent, alios qui naves intenderent. Ii qui eum videbant dicunt (eum) similem fuisse furenti. De industria saltus ab suis ducibus desertos fuisse affirmabat atque se nocentes poena esse affecturum. Simul pollicebatur se multam pecuniam daturum esse pro unoquoque Romano intra regni sui fines interfecto.

EXERCISE 53.

Certiores facti ducem Romanum tria milia militum misisse qui oppidum obsiderent, cives, quibus cibus jam deficiebat, magnopere territi sunt. Constituerunt igitur legatos in castra mittere qui pacem rogarent. (Quibus) Romani responderunt hanc datum iri traditis obsidibus; quos ante noctem dux Romanus postulavit. Sed cives se jusso parituros esse negabant: (dicebant) se mori quam talem pacem accipere malle. Urbs igitur quattuor menses obsidebatur; deinde Romapi ut suos fines contra Suevos defenserent se receperunt.

EXERCISE 54.

Prima luce Leonidas sensit se ab hostibus circumventum esse. Magna tamen virtute praeditus constituit proelio commisso pro patria mori. Socios igitur laudatos domum dimisit, multosque etiam Lacedaemoniorum dimittere voluit, sed omnes negabant se regem deserturos. Tandem Leonidas hostes appropinquare conspicatus, suos acie instruxit ut impetum (eorum) sustinerent. Constabat quidem inter omnes copias hostium tantas esse ut spes nulla fugae esset, sed cum multas horas fortiter pugnassent omnes ad unum occisi sunt.

EXERCISE 55.

Romulus ad Campum Martium regressus ut exercitum recenseret, magna subito coorta tempestate, tam densa nube celatus est ut cives eum videre non possent. Nec postea ab ullo mortali visus est. Postridie autem juvenis quidam, nomine Proculus Julius, Romam ingressus rettulit Romulum sibi visum dixisse deos velle Romam caput esse orbis terrarum. Itaque Romani senserunt se debere arti militari studere bonosque milites fieri, ut omnes scirent Romulum vera locutum esse.

EXERCISE 56.

Multi quidem amici mihi sunt, sed ex omnibus Caius mihi callidissimus esse videtur. Olim fratre Caii ob delictum accusato Caius ipse testimonium dicere coactus est. Accusatores quidem voluerunt eum laccessere ut negaret quae jam (antea) dixerat. Ille autem quum eos haec cupere sciret testimonium sine ira dixit. Tandem accusatorum quidam, "Abi," inquit, "amice, callidissimus es." Respondit Caius se velle eadem de eis dicere sed jurasse se vera locuturum.

EXERCISE 57.

1. Quanti hunc equum aestimas?
2. Quattuor denariis hunc librum emi.
3. Magnine libertatem aestimas?
4. Vili hanc domum emi quod Caius nihil aestimabat.
5. Haec domus quinque millibus sestertium mihi stetit.
6. Equum mille quingentis sestertiis vendet.
7. Fundum meum magna pecunia vendo.
8. Non flocci facio sapientiam.
9. Servus libertatem talento potest emere.
10. Hoc minoris aestimo quam illud.

EXERCISE 58.

1. Equum eme mille ducentis quinquaginta sestertiis.
2. Hoc tanti aestimo ut (id) vendere nolim.
3. Haec domus eis maxima pecunia stetit.
4. Virtutem maximi aestimant.
5. Victoria Hannibali multis militibus stetit.
6. Quot talentis vis hunc servum vendere?
7. Quanti servum aestimas?
8. Argentum fac minoris, pluris virtutem.
9. Fundum novem millibus sestertium emit, quem jam nihil aestimat.
10. Quanto argento liberatus est?

EXERCISE 59.

1. Scio eos nimis temporis terere.
2. Parum erat ei fiduciae.
3. Utrique vestrum est satis audaciae.
4. Hoc faciunt ne quid detrimenti respublica capiat.
5. Tria milia optimorum nostrorum perierunt.
6. Alii civium se dedere volebant, alii resistere.

7. Civitas nostra, quae aliquando orbis terrarum maxima erat, aliquid antiqui roboris etiam nunc servat.
8. Vos plerique plus virtutis quam sapientiae praestitistis.
9. Aliquid puto inesse omnibus boni.
10. Ubi gentium habitas?

EXERCISE 60.

1. Plurimi antiquorum amicorum mortui sunt et nonnulli destiterunt esse amici.
2. Caesar maximus Romanorum semper habitus est.
3. Gallis nimis eloquentiae parum autem sapientiae est.
4. Dixerunt Helvetios gentem totius Galliae maximam esse.
5. Tanta tempestas coorta est ut major pars navium amissa sit.
6. Aliquot nostrum spem omnem amisimus.
7. Vos qui aliquid amoris habetis patriae vestrae hoc facere non debetis.
8. Ille primus in hanc partem terrae iter fecit.
9. Non existimo Crassum virum nostrae terrae (civitatis) maximum.
10. Optimas navium tuarum nobis submitte.

EXERCISE 61.

1. Divitias mihi promisit neque ulla est ipsi pecunia.
2. Mihi satisfecit et puto me ei rursus credere posse.
3. Eis qui pugnae supererant hostis pepercit.
4. Labienus a Caesare exercitui praefectus est.
5. Is qui amicis nulla causa irascitur sibi ipsi magis quam illis nocet.
6. Hic locus non mihi videtur ad castra idoneus esse.
7. Difficile est tali morbo mederi.
8. Atticus amicus meus ex urbe mihi obviam ivit.
9. Legioni praefectus multis proeliis in Gallia intererat.

10. Equites fugientibus Gallis instabant.
11. Mille Galli se nobis objecerunt quibus vix resistebamus.
12. Caesar in Gallos bellum gerebat: sed ejus victoriae inimicis Romanis non placebant.
13. Mihi mortem minabantur; sed non illis nocueram.

EXERCISE 62.

1. Bellum statim Gallis indicamus.
2. Tu, qui legioni praefectus es, nos in hostes ducere debes.
3. Claudiamne duxit amicus tuus?
4. Regi placet tibi imperium committere.
5. Civibus bellum intulerunt.
6. Judices captiuis cruciatus minati sunt.
7. Caesar multos obsides Aeduis imperavit.
8. Imperator has copias nobis submisit.
9. Quis non libertatem servituti anteponit?
10. Nolo hanc pecuniam Caio committere.
11. Labienus, qui sextae legioni praeverat, Gallorum impetum sustinuit.
12. Agriculturae multo magis quam bello student.

EXERCISE 63.

Tanti libertatem Graeci aestimabant ut Persis resistere neque unquam cedere constituerent. Themistocles copias Graecorum praefectus est; cuius consilio illi navibus confisi mari in Persas rem gerebant. Classis Graeca ad Salamina insulam aderat, unde plerique ducum se recipere volebant et Athenas in hostium potestate relinquere; suam enim salutem pluris quam urbem Athenas aestimabant. Tum Themistocles se Atheniensesque cum classe ducentarum navium Athenas navigaturos esse affirmavit; neque tamen ceteris potuit persuadere.

EXERCISE 64.

Quo facto Themistocles ut et Athenas et ceteras civitates Graecas servaret hoc iniit consilium. Nuntium ad regem Persarum clam misit qui Graecos jam se recepturos esse nuntiaret: (ostendit) Persas magna sua classe paucas Graecorum copias facile posse circumvenire. Sunt qui dicant hoc consilio eum voluisse regi placere suamque salutem libertati patriae anteposuisse; quod tamē consilium Graecis multum profuit: Persicae enim naves se ipsas impediebant Graecique hōstem fuderunt.

EXERCISE 65.

Proelio in hoc loco cum Gallis commisso Caesar multos suorum amisit. Cum enim ad summum collem advenisset castraque coepisset munire, subito hostis adortus est. Romanī qui non in acie instructi erant primum non poterant resistere et pedem refrebant; deinde Caesar decima legione, quam secum habebat, auxilio illis missa tandem Gallos ad flumen depulit. Hic tamen iterum resistebant et ut ipso Caesar affirmat fortissime pugnabant.

EXERCISE 66.

Rex de hac re certior factus centurionem cum centum quinquaginta militibus misit qui latrones captos ad se ducerent. Hi (autem) cum ad locum ubi latrones erant advenissent cognoverunt firma castra in silva munita aditus que omnes succisis arboribus obsessos esse. Tandem vero loco expugnato capti latrones occisi sunt; sed ducis filio puero duodecim annos nato rex pepercit.

EXERCISE 67.

Quum segetes jam matuscerent imperator per silvam contendit duce usus quem equites ceperant. Ex itinere exploratores dimisit qui castra hostium reperirent. Hi regressi eum certiorem fecerunt hostes cum feminis liberisque et magno pecorum numero castris in media palude munitis adventum ejus exspectare. Quo cognito tam celeriter progressus est ut ad castra media nocte perveniret; et tanta fuit Romanorum virtus ut pauci Germanorum incolumes effugerent.

EXERCISE 68.

Calenus literas a Caesare accepit, qui eum certiorem fecit portus omnes et litus ab hostibus occupata esse. Quo audito naves omnes revocavit; una autem, quae jussis ejus non paruit, a Bibulo capta est. Nautae omnes a saevo imperatore interficti sunt, qui neque viris neque pueris pepercit et speravit se saevitia bellum celerius confecturum. Calenus autem classem quadraginta navibus secutus eum Orici triduo post caudem vicit.

EXERCISE 69.

Reges Britanniae et Germaniae bellum Philippo regi Galliae indixerunt. Pro certo enim habebant se eum victuros esse et propter navium multitudinem et quod copias Gallorum parvi aestimabant. Ille tamen eos magno proelio Bovinii vicit. Atrociter proelio commisso omnes sumnam virtutem praestiterunt. Animadversum est sacerdotem quendam magnum hostium numerum occidisse, clava ferrea pro telo usum. Tale delegerat telum quod negavit sacerdotem debere sanguinem hominum effundere, et hoo modo hostes vi ictus perire.

EXERCISE 70.

Rex Gallorum fuit ipse eques exercitus sui fortissimus, qui, equo suffosso, ipse quidem vulneratus statim surrexit et iterum suos in hostes duxit. Impetum in turmam Germanorum fecerunt, inter quos fuit ipse imperator. Germani igitur, rati imperatorem captum iri, auxilio ei progressi viam fugae patefecerunt. Quo facto Philippus suis dixit se tergum modo imperatoris illo die visuros esse. Fugato autem imperatore Galli exercitum persecuti maximam ei caedem intulerunt.

EXERCISE 71.

1. Divitibus a pauperibus invidetur.
2. Ferociter Cannis pugnatum est.
3. Rursus non tibi credetur.
4. A multis nostrum { tibi suasum est.
monitus es.
5. Tres fere horas hostibus resistebatur.
6. Romae multis nocentibus ignoscitur.
7. Tibi satisfiet.
8. Mihi a majore parte persuasum est.
9. Multi te aegriores sanati sunt.
10. Num talibus apud nos favebitur?

EXERCISE 72.

1. Num hemini creditur qui semel mentitus est?
2. Operi a talibus solum obsistitur.
3. Ne tibi ab eo persuasum sit.
4. Laborantibus Romanis subventum est.
5. Nemini consilio nocetur.

6. Non illis placebitur.
7. Exercitui ab imperatore solo imperatur.
8. Cui diviti a sapientibus invidetur?
9. Tibi a nobis suadeatur.
10. Accusaberis neque tibi parcetur.

EXERCISE 73.

1. In silvas configiamus.
2. Me in urbem sequere.
3. Ne conatus sis (noli conari) effugere.
4. Romam eamus neve hic maneamus.
5. Ne in urbem regrediantur.
6. Ne manseris domi neve tempestatem metueris.
7. Fac hoc ut lauderis.
8. Ne ei gladium dederis sed dato arcum et sagittas.
9. Ne auxilium amicos rogemus.
10. In loco persta neve pedem rettuleris.

EXERCISE 74.

1. Aufer hoc scutum.
2. Noli equites adducere (ne . . . adduxeris) sed adduc pedites et sagittarios.
3. Conemur auxilium amicis ferre.
4. Da mihi libros quos te rogavi.
5. Veni ad me neve timueris.
6. Ne inimicos juvemus neve amicis noceamus.
7. Maneant ubi sunt.
8. Pauperes ne spreveris.
9. Pro patria moriamur.
10. Noli hanc occasionem dimittere.

EXERCISE 75.

1. Eum rogavi ut in vias me sequeretur.
2. Te oro ne eum effugere sinas.
3. Minucio imperavit ne proelium temptaret.
Minucium vetuit proelium temptare.
4. Eis persuadebo ne me hic solum relinquant.
5. Caesar suos hortatus erat ut in loco perstarent.
6. Te vetui illum pecuniam rogare.
7. Te admoneo ne talis viri amicitiam spernas.
8. Caesar postulavit ne Germani Rhenum transirent neve ex suis finibus excederent.
9. Galli Caesarem oraverunt ut oppido suo parceret.
10. Tam longum erat iter ut suos impedimenta in oppido relinquere juberet.
11. Ei persuasi ut libris studeat.
12. Impera ut primum agmen consistat.
Primum agmen jube consistere.

EXERCISE 76.

1. Mihi persuaserunt ut domi maneam.
2. Jube tuos te sequi.
3. Rogati sumus ut civibus subveniremus (*or* auxilium ferremus).
4. Imperavi tibi ne nos hic solos relinqueres.
5. Moniti sunt ne agros suos relinquenterit.
6. Amicos meos admonebo ut Romam ad me veniant.
7. Puero imperavi ne equum sibi emeret.
8. Impera fratri tuo ne flumen transeat neve in oppidum veniat.
9. Primum agmen consistere jussi et supplementum expectare.
10. Tam grave vulnus acceperat ut servum rogaret ut se interficeret.

11. Cives hortati sunt ne se dederent neve obsides ad Romanos mitterent.
12. Oppidani Caesarem oraverunt ut sibi parceret.

EXERCISE 77.

1. Suis imperavit ut pontem qui in Rhodano factus erat rescinderent. [Suos jussit . . . rescindere.]
2. Suis persuasit ne pedem referrent, admonuitque eos totam regionem in hostium potestate esse.
3. Caesar suis dixit sibi persuasum esse Gallos Rhenum transiisse.
4. Cicero peditatu tribus post diebus se sequi jusso cum equitibus profectus est.
5. Nostri moniti sunt ut magna (cum) diligentia progrederentur ne in incertos hostis impetum faceret.
6. Captivi Caesarem oraverunt ut sibi parceret et ad amicos se remitteret.
7. Nunquam mihi persuadebis Romanos a barbaris victum iri.
8. Tanta captivis erat constantia ut nemo eos cogere posset loqui.
9. Certiorne factus es nostros arma deponere jussos esse? [nostris ut arma deponerent imperatum esse].
10. Quo facto dimissum concilium vetuit rursus convocari [dimisso consilio imperavit ne rursus convocaretur].
11. Sciebant Caesarem se vetuisse hostem aggredi, sed absente illo arma expedire cooperant.

EXERCISE 78.

1. Rogatus sum ut consulatum petam.
2. Veto eos citra flumen transire.
3. Moneo vos puniri iri.
4. Caesar legionem multis precibus hortatus est ne se hostibus proderet neve spem ultimam salutis abjiceret.

5. Veneremus domos spoliare (*or Nobis imperatum est ne domos spoliemus*).
6. Nobis imperatum est ut rursus oppidum expugnare conemur.
7. A Caesare monitus sum (*or mihi suasum est*) ne tibi confiderem neve te mecum ducerem.
8. Nostri praemio promisso adducti sunt ut thesaurum quaererent.
9. Creditur Catilina jussisse Romam incendi.
10. Persuade ei periculum esse montem transire.
11. Divitiae conatus est Gallis persuadere ut fidem Caesaris sequerentur neve ab eo desicerent.

EXERCISE 79.

Cincinnatus ultra Tiberim habitabat in parvo fundo quem suis manibus colebat. Nuntii ab senatu missi in agro sedentem eum invenerunt, et certiores factum ipsum dictatorem creatum esse rogaverunt ut quam primum secum proficeretur. Quo auditio ille Raciliam uxorem jussit sibi togam afferre ne patrum nuntiis displiceret; qua allata dixit se velle jussis parere et statim cum iis proficiisci.

EXERCISE 80.

Rex quidam unum ex servis suis invenit dormientem manuque litteras tenentem. Legit autem litteras in quibus pueri mater filio quod ad se pecuniam misisset gratias agebat eumque orabat ut domino fideliter pareret. Litteris igitur in pueri manum cum auro repositis alium servum jussit illum excitare. Primo puer auro viso territus est; rex autem locutus bonam fortunam saepe dormientibus contingere eum jussit matri aurum reddere et dicere regem talis filii matrem magnopere laudare.

EXERCISE 81.

Vesperi speculator ab custodibus ad portam oppidi comprehensus est; qui ad praesidii praefectum ductus se prostravit et lacrimans ut sibi parceret orabat: se (affirmabat) posse multis obsidentium ut ad hostes transirent persuadere et (promittebat se) ducem trucidaturum esse. Praefectus autem quum negasset se hoc modo bellum gerere custodes jussit illum ad hostium castra ducere. Simul epistola ad ducem missa monuit ne rursus proditoribus uteatur: semper enim eos ut se ipsos servarent dominos velle prodere.

EXERCISE 82.

Hoc proelio facto dux Lacedaemonius nuntium Spartam misit qui cives certiores faceret se in calamitates incidisse (et) Mindarum mortuum esse (et) milites fame mori. Mox tamen Darius filium suum natu minorem ad litus misit qui stipendium nautis Lacedaemoniis praebaret. Quo facto hitam subito Athenienses adorti sunt ut facile illis victis omnem classem caperent (*or perf. subj.*) Tandem Athenienses fame adducti urbe tradita socii Lacedaemoniorum facti sunt.

EXERCISE 83.

Postero die Britanni magnis itineribus progressi sunt eo consilio ut Gallos improvidos aggrederentur. Hi tamen, cum jam per exploratores cognossent Britannos progredi, in summo tumulo considerant. Cum igitur Britanni intra teli conjectum venissent sagittariique in hostes sagittas mitterent dux Gallicus suis imperavit ne tela rejicerent sed Britannos ad imum tumulum appropinquare sinerent. Inde cum paucos (modo) passus abessent, suis imperavit ne diutius manerent sed arma expedirent. Tum signo dato Galli tanta vi impetum fecerunt ut Britanni fusi se fugae mandarent.

EXERCISE 84.

Dux suis frustra persuadere conatus est ut se per silvam sequerentur. Ostendit hostes pedem rettulisse nec quemquam se in itinere aggressurum esse. Responderunt autem noctem appropinquare et multos hostes se pone arbores celare posse, et orabant eum ut sineret se noctem in castris agere. Quod cum duci non placeret, dixit se ipsum etiam cum paucis statim progressurum, et reliquis suasit ut ad urbem redirent et dicerent amicis se contra hostes progrederi noluisse.

EXERCISE 85.

1. Oneri solum tibi ero.
2. Recepui canere fugae signo erit.
3. Haec negligentia ei dedecori fuit.
4. Bono fuit Romanis reges expellere.
5. Poena causae mortis ei erat.
6. Patris constantia tibi sit semper exemplo.
7. Aegro mihi pecuniam auxilio misit.
8. Laudi mihi erat quod domum tutus advenisti.
9. Magno tibi dedecori hoc erit.
10. Tibi odio esse non debet.
11. Ei persuaserunt tale consilium toti exercitui exitio fore.

EXERCISE 86.

1. Avaritia magno malo est hominibus.
2. Hoc magno exemplo est virtutis.
3. Tres legiones praesidio castris reliquit.
4. Jussit me receptui canere.
5. Puto hanc cladem magno Romanis dedecori fuisse.
6. Conemur exemplo esse aliis.
7. Credo hoc consilium exitio nostro exercitui fore.
8. Odio erat omnibus bonis.

9. Laudi tibi est captiuis pepercisse.
10. Haec victoria saluti fuit civitati.
11. Locus ipse magno Gallis praesidio fuit.

EXERCISE 87.¹

1. Patria expulsus dixit se (ab) legibus esse liberum.
2. (Ab) regibus erat ortus: non tamen ipse regno fruebatur.
3. Exsules (ex) patria excedere (or ex patria discedere) coacti sunt.
4. Regi persuasum est ut captivos vinculis liberaret.
5. Non modo (ab) culpa erat liber sed etiam laude dignus.
6. Tali patre natu omnes cives libenter parebant.
7. Tam procul (ab)² urbe habitabat ut ne amici quidem saepe eum viderent.
8. Ne cruciatu quidem ut loquerentur servis persuaderi potuit.
9. Regibus Roma expulsis cives pleni erant laetitia (or laetitiae).
10. Saepe hominibus ipsa laude ricetur.
11. Non modo et fructu et floribus insula abundat sed ab gente etiam incolitur (ab) dis orta.

EXERCISE 88.

1. Haec victoria nos omni metu liberavit.
2. Castra in colle non procul (ab) oppido posita sunt.
3. Etiam boni non semper culpa sunt vacui.
4. Nobili genere ortus exemplo reliquis civibus esse conatus est.
5. Non solum viri sed etiam feminae liberique patria expulsi sunt.
6. Milites jussi sunt obsidione desistere.

¹ The prepositions are inserted in brackets, where they may be used or omitted at will.

² Most authors, except Livy, insert the *ab* after *procul*.

7. Ne salutis quidem causa procul urbe habitabo.
8. Haec terra omnibus divitiis abundat.
9. Coacti sumus non solum (ex) urbe excedere sed etiam bona omnia tradere.
10. Nos omnes eos oravimus ut captivos vinculis liberarent.
11. Hi divites erant et pecore et pecunia.
12. (Ex) urbe iratus excessit.

EXERCISE 89.

1. Pauci numero erant milites sed magna fortitudine pugnabant.
2. Magna voce respondit se nunquam cessurum esse.
3. Certiores facti sunt hostem magno tumultu progredi.
4. Armatis quam plurimis summo furore in hostem impetum fecerunt.
5. Injuria prodigionis ab inimicis accusatus sum.
6. Dixerunt se more majorum vivere solitos esse.
7. Hi proditores jure quam celerrime imperfecti sunt.
8. Natu minor est fratre sed sapientia ingenioque eum superat.
9. Tu, qui natu Britannus es, pro virili parte malis legibus debes resistere.
10. Ne audiveram quidem eos nobis esse numero inferiores.
11. Pace tua eum rogado ut domum mecum quam saepissime veniat.
12. Ne tu quidem, inquit, mihi persuadebis jure Caesarem imperfectum esse.

EXERCISE 90.

1. Athenienses proelium summo furore commiserunt.
2. Quae cum cura didicit maximi aestimat.
3. Arte non virtute superiores sunt.
4. Haec cum dolore (or magno dolore) dixit.

5. Ceteris rebus utuntur Graecis litteris.
6. Credo nobis more majorum agendum esse.
7. Pace tua servos se recipere jubebo.
8. Videtur jure punitus esse.
9. More divitum vivere vobis, qui pauperes estis, jucundum videtur.
10. Magna ira respondit inimicum suum esse mentitum;
11. Consul cum risu (or subridens) "Domum abi," inquit, "neve hue rursus veneris."
12. Numero quidem hostibus inferiores sumus, sed nostri ceteros virtute superant.

EXERCISE 91.

Mortuo Numa Tullus Hostilius rex factus est. Eo regnante bellum inter Romanos Albanosque coortum est. Quod ut sine magno detimento conficeretur reges imperaverunt ut tres Romani contra tres Albanos pro patria pugnantes rem decernerent. Diu pugnabatur: tandem tamen duo Romanorum imperfecti, omnes tres Albani vulnerati sunt. Tertius Romanus, cui nomen erat Horatius, fuga simulata Albaniis ut se sequerentur persuasit. Sequentes autem se juncti sunt conversusque Horatius singulos imperfecti.

EXERCISE 92.

Tum Eurystheus Herculi undecimum laborem proposuit, qui iis quos supra commemoravimus difficilior erat. Nam imperavit ut mala aurea ex Hesperidum hortis abriperet. Hae nymphae erant insigni pulchritudine quibus in terra longinqua habitantibus ab Junone mala aurea commissa erant. Haec abripercere multi antea conati erant. Horto tamen, in quo mala erant, alto muro undique cincto, difficile erat factu: portam praeterea draco cui centum erant capita interdiu noctuque custodiebat.

EXERCISE 93.

Caesar certior factus Belgas contra Romanos conjurare constituit sine mora ipse in medianam Galliam cum duabus legionibus proficisci, jussis reliquis intra paucos dies sequi. Cujus adventu Remi, qui Galliae fines incolunt, legatos miserunt qui dicerent se velle et obsides dedere et frumento Romanos juvare. Nuntiaverunt reliquos Belgas in armis esse Germanosque cum iis conjunctos. Quo auditio Caesar promisit se quam celerimē auxilio Remis aduenturum esse, ut conjunctis copiis incursionem Germanorum repellerent.

EXERCISE 94.

Romani de tertia vigilia profecti magna diligentia procedebant; nam certiores facti erant hostem adesse. Usque ad multam noctem progressi jussi sunt castra ponere. Media nocte clamoribus undique auditis magnas hostium copias impetum facere videbant, quem ut repellerent arma quam celerimē sumpserunt. Hostes tamen quum se non potuisse nostros improvidos adoriri sentirent, signo receptui dato pedem rettulerunt.

EXERCISE 95.

Ilo tempore Ludovicus Carthaginem obsidere non potuit, quod novas copias a fratre suo Carolo Siciliae rege non acceperat. Interea et exercitus morbo affectus est quo major pars militum paucis diebus perii, et ipse eodem morbo afflictus sensit se eo moriturum esse. Sed ut virtutem militum sustineret omnibus regis officiis functus omni modo saluti militum studebat. Tandem vero, in tabernaculo manere coactus, mox mortuus est cum suis imperasset ne unquam obsidione desisterent.

EXERCISE 96.

Multos jam menses nullo nuntio de exercitu accepto cives credere coeperunt clade accepta suos omnes periisse. Mulieres quidem quotidie ad templa ibant deosque precabantur ut viros filiosque sibi incolumes redderent. Tandem, hieme appetente, cum omnes spem abjicere coepissent, nuntius procul visus est qui ad urbem summa celeritate appropinquarebat. Cives omnes obviam effusi orabant ut se sine mora certiores de exercitu faceret. Nuntius tam fessus erat itinere ut primo loqui non posset; sed tandem dixit exercitum et multas victorias reportasse et multa hostium oppida cepisse, et milites sperare se brevi cum magna praedae copia multisque captivis domum regressuros esse.

EXERCISE 97.

Veientibus incursionses praedae causa saepe facientibus, Romani suos fines vix defendere poterant. Milites domum vere redibant ut sererent et auctumno ut messem colligerent, quo tempore Veientes agris magnopere nocebant. Tandem Fabii patribus promiserunt se totum annum in armis fore et ipsos totum bellum suscepturos. Gratiis a senatu actis Roma egressi ad (apud) Cremeram flumen castra posuerunt. Paulisper quidem Veientes cohibebant sed tandem circumventi omnes ad unum trucidati sunt.

EXERCISE 98.

Tertia circiter vigilia Moscova profecti sumus, ne ullus tumultus ab amicis nostris excitaretur. Nunquam me rursus fratres meos visurum esse speravi. Dies triginta tres secundum viam nive unum pedem alta opertam progrediebamur. Nonnunquam unus e nobis delapsus ultra se mouere non

poterat; quem custodes haud urgebant, bene enim sciebant lūpos eum praedam ante proximum diem habituros esse. Nunc eis saepe in video qui ita in via relictī sunt, et mortem antepono malis quae mihi quotidie instant. Laborare cogor, quod minimum est malorum; dolores videre cogor feminarum quae nobiscum omnia pro libertate audebant.

EXERCISE 99.

Ars scribendi.	Signum castra movendi.
Ars scribendi litteras.	Cupido divitias habendi.
Parendo legibus.	Moriendo.
Mutandis legibus.	Civitatis servandae causa.
Amicis placendi causa.	Civitatis juvandae causa.
Amicos servandi causa.	Subveniendi civitati causa.
Ad nocendum Gallis.	Ad regem servandum.
Ad vincendos Gallos.	Ad serviendum regi.
Signum procedendi.	

EXERCISE 100.

1. Juvandi causa amicos hoc fecimus.
2. Alios docendo (aliis docendis) ipsi discimus.
3. Litteras discendo (litteris descendis) lectione possumus frui.
4. Romam festinaverunt defendendi causa urbem (ad urbem defendendam).
5. Nonne cupidus es amicos servandi?
6. Studio legibus parendo Romani magni facti sunt.
7. Ars alios regendi non facile discitur.
8. Adipiscendi causa honorem (honoris) multa patimur.
9. Occasio data est pugnandi.
10. Haec bona videtur esse occasio hostes vincendi (hostium vincendorum).

EXERCISE 101.

1. Caesar equites misit ad auxilium sociis ferendum.
2. Praefecti suos in omnes partes pabulandi causa dimiserunt.
3. Legibus parendo nos cupidos praebemus reipublicae servandae.
4. Suis signum dedit progrediendi.
5. Signum datum est signa forendi.
6. Athenienses quosdam Delphos miserunt ad deum consulendum.
7. Placendi causa amicis patres multa turpia fecerunt.
8. Nuntios ad Aeduos misit postulandi causa obsides.
9. Nulla eis relicta est potestas se (sui) recipiendi.
10. Cupidi sunt litteris studendi.

EXERCISE 102.

1. Spe urbis capienda adducti sunt.
2. Adductus sum ut hoc facerem militibus placendi causa.
3. Missi sumus ad auxilium petendum.
4. Missi sunt ad auxilium sociis ferendum.
5. Tempus in libris scribendis saepe teritur.
6. Parendo legibus sapienter factis urbs Roma magna est facta.
7. Cives hujus urbis leges mutandi cupidi videntur.
8. Ne hanc facultatem victoriae reportandae dimittamus.
9. Cupidus sum tibi consulendi.
10. Caesar cupidus erat obsides Gallis imperandi.

EXERCISE 103.

1. Ne de fugiendo loquamur, solum enim resistendo vincemus.
2. Ad patriam servandam homo semper mortem obire debet.

3. Quot nostrum apti sumus ad exercitui imperandum?
4. Signum dedit fluminis transeundi.
5. Studio equitatus persequendi longius progressi sumus.
6. Ad discendum opus est ingenio et magna discendi cupidine.
7. Arcessiti sumus ad regem a damno defendendum.
8. Magna scelerum causa est divitias habendi cupido.
9. Jussi sunt legati arcem intrare ad arma accipienda quae hostes promiserunt se tradituros esse.
10. Navium complendarum causa et statim (navem) solvendi merces magno pretio emerunt.
12. Adsunt veniae petendae causa.

EXERCISE 104.

1. Facile dictu est, factū difficile.
2. Negant urbem facile captum iri.
3. Exite lusum.
4. Quod esū est jucundum ne semper ederis.
5. Fabula narratū est mirabilis.
6. Mitte eum statim pecuniam solutum.
7. Dux praefectos jussit aliquos pabulatum mittere.
8. Ignis est tactu periculosus.
9. Roma exierunt novam coloniam conditum.
10. Inter omnes constat urbem nunquam traditum iri.

EXERCISE 105.

1. Aeneas (e) castris excesserat rogatum auxilium.
2. Non credo pecuniam solutum iri.
3. Non fas est factu.
4. Et mater et uxor Coriolani ad eum missae sunt veniam pro urbe petitum.

5. Mox cubitum ibo.
6. Saepe turpia dictu agunt.
7. Spero milites mox domum rursus dimissum iri.
8. Fabula facilis est narratu.
9. Viros mitte responsum.
10. Voce difficili auditu locutus est.

EXERCISE 106.

Nostri se undique cinctos esse senserunt; neque illa se recipiendi potestate relicta constituerunt spe hostibus terroris injiciendi summa vi impetum facere. Sciebant quidem diutius ante cunctando se in hac pericula adductos esse et jam tandem fortissime pugnando sperabant se hostem coacturos esse cedere. Itaque signo invadendi dato in eam partem aciei quae tenuissima esse videbatur magno clamore procurrerunt. Quo impetu inopinato hostes adeo perturbati sunt ut acie statim inclinata nemo invadentibus resisteret.

EXERCISE 107.

Nuntio ad Galliam misso ad auxilium petendum Galli casque copias in Hiberniam invitandas, et arma et pecunia juvandi causa exercitus Hibernici promissa sunt; quibus navē Galliēa transportatis centum milites ut arma quae expositū erat accipere ad oram convenerunt. Tempestate tamen duabus lintrium fractis, eas reficiendo (eis reficiendis) tempus teritur. Interim ad rebellēs dispergendorū turma equitum ex urbe missa est; quibus visis illi in omnes partes diffugérunt nautaequè Galliēi ad salutem fuga petendam arma e nave projecere; quae ibi sunt adhuc in portu submersa.

EXERCISE 108.

Dux Gallorum (*or Gallicus*) nolebat nos comminus aggredi quod milites proelii imperiti erant et putabat eos vallo tectos melius pugnaturos. Praeterea tribus ante annis sui comminus Britannis resistere non potuerant, sed in urbem deducti obstinate (*or summa pertinacia*) muros defenderant. Et memoria ejus temporis et studio belli ducendi adductus erat ut in loco perstaret. Tamen ut Belgis potestatem nos deserendi faceret, turmas equitum usque ad nostras stationes emisit. Sed hoc timore nullis Belgis (*pro*) custodibus usi sumus, totum enim annum quotidie exspectabamus eos a nobis defecturos esse.

EXERCISE 109.

Athenienses sperabant exercitum Lacedaemoniorum in Boeotiam iter facturum esse, nec quidquam fecerant ad familias et bona servanda. Itaque summo metu et pavore senserunt barbaros urbis oppugnandae causa jam omnibus cum copiis progredi. Manifestum erat sex diebus Xerxem Athenis adfuturum esse, quod brevissimum visum est tempus ad populum totius urbis transferendum. Sed sciebant maximi interesse hoc efficere, et ante regis adventum tutos transtulerant omnes qui domos relinquere volebant. Alii Aeginam, alii Troezena ducti sunt; multos tamen hanc adducere poterant, ut longius quam Salamina progrederentur.

EXERCISE 110.

1. Dixistine te venturum esse?
2. Utrum tu primus advenisti an frater tuus?
3. Quali in terra habitat?
4. Num speras te eum rursus visurum esse?
5. Unde venisti? Quo tendis? Ubi constituisti habitare?

6. Nonno credis hoc detrimentum pavorem aucturum esse?
7. Quot libri tibi sunt?
8. Quoties eum vidisti? Quando exspectas eum regresurum esse?
9. Utrum has conditiones accipere constituisti annon?
10. Quantus est hostium exercitus et quis ei praecedit?
11. Quod jam iniisti consilium?

EXERCISE 111.

1. Utrum imperare facilius est an parere?
2. Vidisti-ne equum quem tuo fratri dedi?
3. Quoties ad Galliam ivisti?
4. Num me culpa dignum ducis?
5. Num te rogaverunt ut Romanum ires (viseres)?
6. Quanta est domus in qua habitas?
7. Utrum horum librorum alteri anteponis?
8. Cur Britanniam Galliae anteponis?
9. Quod consilium (*or quid consilii*) nunc cepisti?
10. Quantus est hostium exercitus et quis ei praecedit?
11. Ubi hunc equum emisti? Quo litteras misisti? Unde haec naves venerunt?

EXERCISE 112.

1. Dic mihi cur illud feceris.
2. Non certiores facti sumus quando novae copiae adventurae sint.
3. Dubium erat num ante noctem adventuri essent.
4. Nesciebamus quo amici nostri abiissent et ubi eos reperturi essemus.
5. Incertum est num rursus eum visuri simus.
6. Non certior factus sum utrum manere an discedere deberem,

7. Die mihi unde veneris.
8. Nescio quomodo hoc facere debeam.
9. Audiistine quod dux inierit consilium?
10. Certior factus sum quam fortiter nostri pugnassent.

EXERCISE 113.

1. Non certior factus sum quando ille advenerit.
2. Dubium est utrum hoc facere debeamus necne.
3. Nescio num (an) vera dixerit.
4. Difficile est dicere num de industria hoc factum sit
- necne.
5. Non certior factus sum quomodo respondere deberem.
6. Non possum dicere quoties ut veniam rogatus sim.
7. Nemo scire videtur quantae hostium copiae fuerint.
8. Incertum erat quot milites adventuri essent.
9. Non certiores facti eramus qualis vir esset.
10. Potesne mihi dicere num jure poenas dederit?

EXERCISE 114.

1. Nemo scit utrum hoc dixerit necne.
2. Audivistine uter consul creatus sit?
3. Nesciebant milites quid consilii dux cepisset.
4. Negavit se scire num Crassus exercitui praefectus esset.
5. Incertum est quot militibus praesit, et qua consederit.
6. Rogavimus eos qui essent, ubi habitarent, unde venis-
sent, quo tunc irent.
7. Haud possum vobis dicere quando se venturos esse
promiserint.
8. Dubium est quomodo talia facere possit.
9. Nos senes intelligimus quam beati sint juvenes.
10. Nescio utrum laude an culpa digni sitis.

EXERCISE 115.

1. Scire vult quid cras facturus sim.
2. Maximi interest utrum equites an pedites dimittere in
animo habeant.
3. Nesciebamus utrum hostes nos vesperi an multa nocte
nos aggressuri essent.
4. Dubium erat quid novi nuntius adlaturus esset.
5. Rogemus num una cohors satis futura sit.
6. Admodum incertum erat quando hostes flumen transituri
essent.
7. Die mihi num pater tuus mortuus sit.
8. Multum interest utrum equum vili emerit necne.
9. Certior-ne factus es num ei persuasum sit ut redeat?
10. Dubium est num nos impediturus magis quam adjuturus
sit.

EXERCISE 116.

1. Dux cognoscere conabatur quot hostes essent quidque in
animo haberent.
2. Potuistine cognoscere cur hoc fecerit?
3. Nemo intellegere videbatur quo consilio tales conditiones
rogarent.
4. Haud scio an nos recipere debeamus.
5. Non audiérant quid rex constituisset.
6. Incertum erat ubi amici nostri essent et quando nobis
obviam ituri essent.
7. Haud scio an ut discedat monitus sit.
8. Me misit ut qualis insula esset reperirom.
9. Incertum est unde profecti sint et quando ad urbem
adventuri sint.

EXERCISE 117.

1. Non potui cognoscere quo consilio id dixisset.
 2. Non possumus reperire quanta sint hostium castra.
 3. Non ei dixi qua via iter facturi essemus.
 4. Duces non milites certiores fecerunt quid constituisserint.
 5. Speculatores praemissi sunt ut (qui) cognoscerent quid in castris hostium ageretur.
 6. Potesne mihi dicere quot millia passuum Veii oppidum Roma absit?
 7. Non facile cognoscere potuimus quot essent hostes.
 8. Scis-(ne) quo hi viatores eant?
 9. Haud scio an se recipere coacti sint.
 10. Non potuimus cognoscere quo consilio (quamobrem), domum rediissent (redirent).

EXERCISE 118.

Dicitur vates quaedam novem libris ad Tarquinium regem Romanum allatis num vellet eos emere rogasse. Illi autem quanti vendere velit roganti cum se velle trecentis nummis respondisset, discessit, postea tamen cum sex libris regressa roganti Tarquinio ubi ceteros reliquisset respondit se ceteros quidem incendisse, hos autem velle eodem pretio ei vendere. Negavit Tarquinius rursusque illa abiit. Rursus tamen regressa cum tribus modo libris rogat num eodem pretio hos jam velit emere.

EXERCISE 119.

Rex igitur cur toties regrederetur miratus jam patres consuluit num eos servare deberet. Illi primum rogabant quales essent libri, num vates eos ostendisset. Ad quae

respondit rex eam nihil dixisse sed incensis sex de novem libris jam tres modo eodem pretio offerre. Patribus dubium esse videbatur quid agere deberent; tandem tamen suadebant ut libros emeret. Deinde illa, pecunia accepta, Romanisque ut libros diligentissime servarent admonitis abiit.

EXERCISE 120.

De Tarquinio regē narrant eum aliquando constituisse novas centurias equitibus Romanis addere. Attius augur negavit hoc fieri posse; ex quo rex ira commotus petit ut quid dei velint signo aliquo demonstrat. Attius respondit se posse quid in animo rex haberet ei dicere; sed Tarquinius ‘Dic potius mihi’ inquit ‘num possit fieri id quod in animo habeo (habeam).’ Attius ‘posse fieri’ dixit; quo auditio rex eum jussit cotem discindere: nam illa de ré se putare. Haud mōratus Attius, ut ferunt, novacula discidit.

EXERCISE 121.

Proximo anno Cleon ad Macedoniam missus est ut urbes a Lacedaemoniis captas reciperet. Primo quidem Amphipolim contendit et (in) loco edito prope urbem consedit. Interea Brasidas, dux Lacedaemonius, qui qualis esset Cleon sciebat, constituit eum dolo decipere. Imperavit igitur suis ne se in muro ostenderent sed pone vallum se celarent. Interim speculatores misit ut (qui) cognoscerent quantae copiae essent Cleoni et num novae copiae venturae essent. Qui cum rettulissent exercitum hostium parvum esse neque diligenter instructum, Brasidas suos jussit portis patefactis hostes statim adoriri. Tunc Athenienses, duci non (parum) confisi se fugae mandarunt et plerique occisi sunt.

EXERCISE 122.

Captivus ad regem adductus et ab eo rogatus ubi pecuniam celasset respondit se olim quidem divitem fuisse, jam autem pecunia omni a militibus adempta nihil sibi esse relictum. Tum rex num haec vera essent milites rogavit, qui affirmabant omnes se neque aurum ademisse neque scire quo loco id captivus servaret. Rex autem dixit se per cruciatum cognitum quis verum diceret, sed captivus metu percusus rogavit num rex pecunia tradita sibi parcere vellet. Quod cum rex promisisset se facturum, captivus dixit se eis quo pecuniam portasset statim monstraturum esse.

EXERCISE 123.

Olim domum praecclari cujusdam viri me contuli, qui antea amicus mihi fuerat, ut rogarem num in re quam suscepferam vellet me adjuvare. Servus quidem negavit eum domi esse, ego autem meum amicum conspicatus pro certo habui hominem mentitum esse. Aliquot post diebus cum ille domum meam venisset, ego, cui nullus erat servus, ipse portam ei patefeci. Quem cum vidi sem vultu immoto clamavi, "Domini non est." Amicus autem attonitus rogavit num furerem; ad quae respondi, "Evidem servo de te mentienti credidi, nonne tu vis mihi credere de me ipso loquenti?"

EXERCISE 124.

Faliscis mos erat liberos magistro committere ut cum eo habitarent. Gerentibus bellum Romanis cum Faliscis magister putabat si liberos obsides dederet (dedidisset) Romanis se placitum esse; itaque insciis civibus de industria illos ad castra Romana ductos duci obtulit; qui tamen rogabat quo consilio liberos qui sibi commissi essent hostibus tradere

ausus esset et grave supplicium ei minabatur: deinde liberos jussit sumptis virginis qualibus ipse magister uti soleret ad urbem illum agere.

EXERCISE 125.

Nuntius Romam allatus est exercitum Romanum victum esse consulumque qui praeesserent alterum esse interfectum, alterum in fugam se dedisse. Primit tota urbs metu et dolore erat plena: mox tamen patres ut reipublicae consulerent convocati decreverunt ut qui pugnare possent omnes cum mulieribus liberisque in capitolium se conferrent: (affirmarunt autem) se ipsos, qui ob senectutem arma ferre non possent in urbe mansuros. Quos Galli silentio sedentes, togis laticlaviis vestitos invenerunt. Primum quidem attoniti sunt: tandem autem cum appropinquarent barbam longam senatoris Gallus quidam manu mulsit; quo ab irato Romano percuesso reliqui omnes senatores interfecerunt.

EXERCISE 126.

Solon, Atheniensium sapientissimus, Sardes quondam ivit ut Croesum viseret. Num quis ignorat quomodo illi amici facti multa inter se disseruerint? Fabula tamen digna est quae rursus narretur. Croesus enim existimat eum felicissimum esse cui magna potentia et diuina essent, et qui facere posset quaecunque vellet. Auro igitur argentoque omni Soloni ostensis, cum eum certiore fecisset quot gentes regeret, rogavit quis ei mortalium beatissimus videretur. Pro certo enim habuit Solonem responsorum illum beatissimum esse qui urbem Sardes et tantum regnum regeret. Solon autem respondit duos juvenes Cliobem et Bitonem beatissimos esse.

EXERCISE 127.

Croesus autem negavit se unquam de his audisse et Solonem qui essent rogavit. Qui respondit eos juvenes esse magna pietate, quorum mater sacerdos esset. Quae cum vellet ad templum ire, bobus qui carrum trahere solerent mortuis filios eam pro bobus eo traxisse. Quare cum deos orasset ut eis optimum donum darent ambos eadem nocte mortuos esse. Qua fabula Solon vult demonstrare eos qui vivant quum omnes rebus adversis obnoxii sint beatos non esse ducendos; sed illos qui mortem honestam obierint revera beatissimos esse.

EXERCISE 128

- | | |
|-------------------------|----------------------------------|
| Me sceleris paenitebat. | Licuit tibi discedere. |
| Te-ne captivi miseret? | Nobis placet reges exigere. |
| Taendet eos vitae. | Accidit ut rex interficeretur. |
| Eum facti pudebat. | Omnibus mori contingit. |
| Decet nos hoc facere. | Non oportet te amici tui pudere. |
| Te loqui oportet. | Deis placere tibi licuit. |
| Te loqui oportuit. | Nos pugnare oportet. |
| Licet nobis uti armis. | Accidit ut adessem. |
| Ne te facti paeniteat. | |
| Licet tibi discedere. | |

EXERCISE 129.

1. Me miseret tui doloris.
2. Meae patriae me pudet.
3. Judici placebat captivos interficere.
4. Dixit se mei miserere.
5. Credo te tui sceleris paenitere.
6. Respondit se taedere in urbe habitare.
7. Non cuivis contingit Corinthum adire.

8. Te oportet quid facias scire.
9. Te oportuit hoc tua sponte facere.
10. Liberos decet parentibus parere.
11. Ne talis facti te pudeat.

EXERCISE 130.

1. Ne te taedeat ruri habitare.
2. Dixit nos oportere domum relinquere.
3. Eum qui a proelio fugit (fugiat) mox ignaviae paenitet.
4. Accidit ut tunc (eo tempore) adessemus.
5. Me ejus malorum miseruit.
6. Dixit se facti pudere.
7. Non puto te illud facere oportuisse.
8. Ne te tui erga nos beneficii paeniteat.
9. Accidit ut imperator cum legatis adesset.
10. Licuit tibi ante pugnam (commissam) effugere.
11. Cur te civitatem servasse paenitet?

EXERCISE 131.

1. Ob mortis metum (vel) fortissimi virtutis obliviscuntur.
2. Multarum rerum inscius est quarum debet esse peritus.
3. Cura rerum alienarum difficilis est.
4. Me omnium miserebat ex pugna regredientium.
5. Peritia milites alloquendi duci Romano necessaria erat.
6. Memoria vitae praeteritae alii laetitiam, alii dolorem affert.
7. Cura tua mei me patris admonet.
8. Cupidus sum tibi gratias agendi ob benevolentiam tuam eujus nunquam obliviscar.
9. Omnium laborum quos eum postulas peritus est.
10. Pro certo habeo eum nostri absentium memorem fore.
11. Sub imperatoribus Romani honoris causa, non reipublicae administrandae causa consules facti sunt.
12. Consuetudo mea Caesaris cupidum ejus amicitiae me facit.

EXERCISE 132.

1. Neminem vitae bene actae paenitebit.
2. Dux vobis est memor aliorum, sui immemor.
3. Viri miseremini (vos misereat) indigna patientis.
4. Accusatus est proditionis.
5. Amor patriae plus apud eum valet quam mortis timor.
6. Optimi magis studiosi sunt agendi quam loquendi.
7. Misericordia (miseritus) feminae consilio destitit.
8. Imperitus est natandi.
9. Laboris quidem imperiti erant sed spernebant periculum.
10. Spero te patriae non obliturum esse propter studium res novas videndi.
11. Caesaris erga me amicitiam maximi aestimo.
12. Hi barbari pontes aedificandi periti videntur.

EXERCISE 133.

Quum autem aliquot dies navigassent forte navem longam conspexerunt ad se appropinquantem, quamobrem territi quidam reverti volebant, dux tamen se pudore reverti dixit: fortis enim oportere hostibus audacter se offerre nec se credere fuga tantam navem vitare posse. Appropinquante tandem nave multos milites in ea vehi viderunt, quorum unus vultu superbo vestituque insigni rex esse videbatur; qui magna voce ut in suam navem condescenderent invitabat. Quo facto unde essent profecti et quamobrem domos reliquissent rogabant.

EXERCISE 134.

Responso auditio ut secum navigarent precatus, quod fortis viderentur esse milites seque tantorum malorum misereret, se in sua patria illis agros daturum pollicitus est;

qui tamen se qualis in terris longinquis di sibi daturi essent fortunam velle experiri affirmavere. Ad quae rex se respondit ejus consilii paenitere nec tamen invitatis ut se sequerentur diutius suasurum. Interrogavit quidem num vel pecunia vel commeatu illis opus esset: locutos se talibus rebus nullo modo indigere benigne dimisit cursumque suum tenebat.

EXERCISE 135.

Multa nuper diligentia fabulas mirabiles quibus ab hujus regionis incolis creditur repperi et in libro conscripsi. Inter alia credunt eum qui in rivum prope oppidum fluentem vestem suam injecerit morbo totum annum carere. Cur credant rogati deum affirmant in rivo habitare: non tamen intellegunt cur talia dona ille cupiat. Credunt etiam fontem quendam qui extra urbem cooritur divitem eum facere posse qui certa nocte aestatis viserit; qua tamen omnium aestatis noctium oporteat eum visere nemo potest dicere neque unquam quemquam hoc modo divitem factum repperi.

EXERCISE 136.

Brutus vir magna fortitudine diu obsesus ubi (quando) novae copiae adventurae essent volebat cognoscere. Duas igitur naves, quibus legatum praefecit, dimisit eo consilio ut ducem Romanum quanto in periculo esset certiorem facerent. Fractis tamen navibus nuntii ab hostibus circumventi sunt: qui quum ex legato qui essent quaque ex regione venissent quaererent Romanosque esse illos cognoscent et salutem datus et se ipsos duces fore promiserunt: ductos tamen duo modo milia et circumventos interfecerunt. Quare per exploratores cognita dux Romanus constituit et ipse haud diutius cunctari et quam celerrime duas legiones praemittere.

EXERCISE 137.

Cum rex Gallorum Amstelodamum obsideret, cives perterriti consilio convocato deliberabant quid agendum esset (agere deberent). Plerique negarunt spem ullam esse hostibus diutius resistendi, et suadebant ut claves urbis regi traderentur. Animadverterunt autem unum e senibus dormire neque sententiam tulisse; quem igitur somno excitatum rogarunt quid de clavibus tradendis moneret. At ille rogavit num rex eas postulasset, et cum negassent eum hoc fecisse, "Exspectemus saltē," inquit, "dum ei placeat eas poscere"—Quae verba urbem servasse dicuntur.

EXERCISE 138.

Miles autem hoc modo agnitus mox a turba civium cinctus est rogantium. quis esset, unde venisset, quo iret, qua de causa in urbe esset, quare per portas non ingressus murum noctu scandisset. Qui haudquaquam territus respondit se neque tot rebus simul respondere posse neque privatorum esse cognoscere aut quod nomen sibi esset aut quo consilio venisset. Tunc multa vi ad magistratus tractus rursus rogabatur quo consilio haec egisset. Qui cum respondere nollet, deliberabant utrum eum retinere an liberare deberent, sed miles quidam aggressus simulavit se captivum agnoscere et nonne in castris conjugatorum visus esset rogavit.

EXERCISE 139.

Puer quidam et soror ejus quondam ab incolis vici prope aditum speluncae inventi sunt. Ihi forma quidem ceteris similes erant sed cutis colore dissimiles quae viridi erat colore tincta. Nemo potuit ea quae dicebant intellegere, et domum ad equitem quemdam adducti vim lacrimarum

effundebant. Cibum autem oblatum tangere nolebant, quamquam manifestum erat eos magna fame cruciari. Tandem fabis domum latis, petierunt signis ut hae sibi darentur; quas cum magno gaudio edissent diu nullum alium cibum edere voluerunt. Puer tamen qui semper languidus erat et tristis, brevi mortuus est.

EXERCISE 140.

Puella tamen ad omne genus cibi assuefacta tandem illum viridem colorem amisit. Multos quidem annos cum equite habitavit ad quem illa et frater ejus primo adducti erant. Saepe de patria rogata affirmabat incolas viridi esse colore neque solem ullum videre sed tali luce frui qualem nos post solis occasum videmus (videamus). Rogata quomodo in hanc terram venisset, respondit se fratremque greges sequentes ad speluncam venisse unde sonum jucundum tintinnabulorum audirent. Quo adductos diu per speluncam vagatos tandem ad ostium pervenisse. Tunc (ex ea) egressos nimio solis calore stupefactos ab incolis vici captos esse.

EXERCISE 141.

1. Caesar exploratores dimisit qui ubi supplementum sit cognoscant.
2. Hi adsunt qui dent responsum.
3. Partem exercitus Hannibal reliquit quae Tarentum ob sideret.
4. Quo celerius contenderent cibum secum portabant.
5. Pauci mihi sunt quos mittam.
6. Mitte equites quo facilius hostem cohibeamus.
7. Quo sapientior fias libros lege multos.
8. Promittit se libros quos legam missurum esse.

EXERCISE 142.

1. Quo brevior esset fuga aciem prope castra instruxit.
2. Nemo est cui credere possim.
3. Postero die quidam missi sunt qui Ciceronem interficerent.
4. Custodes in viis sunt qui turbam cohibeant.
5. Rus ivit quo tranquillus viveret.
6. Quo meliorem facias filium tuum debes ipse melius vivere.
7. Caesar delectos in silvis disposuit qui in hostes pugnantes inciderent.
8. Labienum reliquit qui castris praeesset.

EXERCISE 143.

1. Non is est qui de inimici morte gaudeat.
2. Dignus est qui interficiatur.
3. Ea consul facit quae non reipublicae prosint.
4. Fortemne satis militem qui mecum veniat reperiam?
5. Erant qui magnas pecunias Caesari dare vellent.
6. Nemo est qui tantam arrogantiam ferat.
7. Num dignus est qui tantum praemium accipiat?
8. Num is est cui pecunia credatur?

EXERCISE 144.

1. Non is sum qui fratri meo argentum recusem.
2. Mitte copias quae mihi subvenire possint.
3. Sunt qui eum furti accusent.
4. Non digni eramus qui in vincula conjiceremur.
5. Non facile reperiuntur qui dolorem patienter (aequo animo) ferant.
6. Num is est qui domum meam admittatur?
7. Erant qui celerius currere possent.
8. Naves non aptae sunt quae dederuntur.

EXERCISE 145.

1. Nemo repertus est qui pro illo mortem obiret.
2. Non is sum qui periculum detrectem.
3. Sacerdotes quinque Delphos miserunt qui deum consulerent.
4. Talia dicam qualia ei persuadeant.
5. Quinque homines hac nocte castra intraverunt qui urbem traditum iri nuntient.
6. Caesar quo Romam celerius adveniret impedimenta Ravennae reliquit.
7. Dignus est qui Romanus fiat.
8. Sunt qui non divitias cupiant.
9. Decimam legionem eduxit quae in hostem a tergo invaderet.
10. Hoc modo aciem instruxit quo majores copiae esse viderentur.

EXERCISE 146.

1. Ab imperatore missi sunt qui locum castris idoneum deligerent.
2. Quo facilius flumen transiret imperavit ut pons fieret.
3. Non is erat qui milites temere in periculum adduceret.
4. Sub vesperum recentes advenerunt qui confectis vulneribus succederent.
5. Sunt qui putent nos oportere castris motis ad locum editum (superiorem) procedere.
6. Illi qui patriam servitute liberent digni sunt qui ab omnibus laudentur.
7. Tumulus factus est et scalae actae quo facilius moenia ascenderemus.
8. Non is sum, inquit, qui velim periculum vitare.
9. Speculatoris missi sunt qui comiperirent num hostium copiae progrederentur.

10. Erant qui duci suaderent ne consilium convocaret.
11. Hi barbari non ei sunt quos spernere debeamus.
12. Elephantes pro acie instruxit quo plus timoris hostibus injiceret.

EXERCISE 147

Hannibal cum exercitu peditum quinquaginta milium, equitum novem milium primum Pyrenaeos nulla difficultate transcendit neque erat exercitus Romanus qui progredienti obstaret. Ad Rhodanum etiam advenit, neque hic quidem se offerebant Romani: Galli tamen transitum prohibere parati sunt, Scipioque dux Romanus Massiliam advenerat: quibus rebus cognitis Hannibal constituit in flumine transeundo non cunctari. Eas igitur lntres quae paratae essent jussit ad se colligi arboresque succidi quibus plures aedificarentur. Duos intra dies lntres sunt paratae: sed Galli in altera ripa ut egressum prohiberent instructi sunt. Itaque magnum numerum suorum Hannibal in adversum flumen aliquot milia missum jussit transire Gallosque signo dato a tergo adoriri.

EXERCISE 148.

Poeni quum ad summos montes pervenissent castra in magna planicie posuerunt ubi aliquot dies se reficere possent. Sed locus fuit frigidus et desertus neque is ubi diu manere possent, praesertim cum hiems appropinquaret. Multi quidem inopia ac laboribus confecti ex itinere relictii erant, et eis qui ex Hispania et Africa venissent frigus terrible visum est. Hannibal autem suis animo confirmatis ostendit viam inde deorsum ducere et mox ad terram ducturam ubi amicos inventuri essent (invenirent). "Ilie," inquit, "patet Italia; illa est via quae ducit Romanum."

EXERCISE 149.

1. Nobis statim proficiscendum: castraque vobis custodienda sunt.
2. Omnia Caesari simul agenda erant.
3. Inter omnes constat legibus parendum esse.
4. Ab omnibus bonis civibus legibus parendum est.
5. Crasso imperatum est ut classem reficiendam curaret.
6. Pontem in Rheno aedificandum suscepimus.
7. Non hoc agendum fuit.
8. Cupidis nos juvandi non nocendum est.
9. Caesar castra munienda curavit.
10. Non nobis proditionis accusandi sunt.

EXERCISE 150.

1. Haud diutius hic nobis manendum est.
2. Alterum pontem aedificandum current.
3. Puto locum ad castra nobis diligendum esse.
4. Quindecim diebus illis regrediendum erit.
5. Statim proficiscendum est et usque ad vesperum faciendum iter.
6. Caesar ostendit obsides omnibus civitatibus tradendos esse.
7. Reipublicae a nobis consulendum est.
8. Putasne hoc Crasso agendum fuisse?
9. Promisit se reficiendam classem curaturum esse.
10. Hic nobis novae copiae exspectandae sunt.

EXERCISE 151.

1. Pauperes nobis adjuvandi sunt.
2. Dux constituit diutius sibi non esse cunctandum.
3. Duno legiones nobis praemittendae erunt.

4. Caesar Labieno naves reficiendas mandavit.
5. Diu eis ubi erant manendum fuit.
6. Hiberna eis vere relinquenda erant.
7. Hoc ei non dicendum fuit.
8. Promiserunt se delectum habendum curaturos.
9. Nescierunt ubi castra sibi ponenda essent.
10. Sociis a nobis subveniendum est.

EXERCISE 152.

1. Mare nobis transeundum est.
2. Nobis diutius (nimis diu) non est cunctandum.
3. Milites jussi sunt curare castra munienda.
4. Crasso in Asiam non eundum fuit.
5. Legibus a nobis omnibus parendum est.
6. Patria nobis relinquenda erit.
7. Delectus nobis habendus mandatus est.
8. Socii eis adjuvandi erant.
9. Hannibal castra in summo monte ponenda curavit.
10. Illi nobis proditionis non accusandi sunt.

EXERCISE 153.

Bellum gerentibus Romanis cum Samnitibus Postumius dux Romanus per angustos saltus exercitum in Samnium ducere conabatur. Medio in saltu est campus latus et apertus, quo tamen ut exercitus adveniat intrandae sunt angustiae, posteaque aut eadem via regredieendum est aut arctioribus angustiis in Samnium evadendum. Ad apertum campum Romani progressi conatique ultra progreedi evadere non poterant: nam interea Samnites utrasque angustias obsederant. Romanis igitur ut effugerent montes transcendendi erant; quod facere saepe nequicquam conatis castra munienda erant eodem loco.

EXERCISE 154.

Postumius igitur legatos misit qui conditiones aequas peterent. Pontius Samnis respondit obsides dandos esse et arma tradenda, ipsosque sub jugum mittendos. Tandem tam turpibus conditionibus acceptis discedere sinuntur. Sed ut domum pervenirent per fines sociorum Campanorum eundum fuit qui etiam cibum et vestitum rogandi erant. Senatus autem Romanus noluit foedus accipere et consulem ipsum remisit qui se Samnitibus traderet.

EXERCISE 155.

- | | |
|-------------------------------------|--|
| 1. Hoc facere timeo. | 7. Num times loqui? |
| 2. Metuo ne hoc faciat. | 8. Timebamus ne videremur. |
| 3. Timebam ne non hoc fa-
ceres. | 9. Metuo ne nos videant. |
| 4. Vereor ne mortuus sit. | 10. Vereor ne non (ut) nos
videant. |
| 5. Verebar ne non me vid-
isset. | 11. Timebant vera non dicere. |
| 6. Ne timueris redire. | 12. Vereor ne mentitus sit. |

EXERCISE 156.

1. Timentibus illis me sequi solus abii.
2. Milites timebant ne hostes se circumvenirent.
3. Nondum munitis castris timebant ne barbari se aggre-
derentur (*or a barbaris oppugnarentur*).
4. Quum mori non timeret, volebat tamen quam diutissime
vivere.
5. Veriti ne non (ut) naves cursum tenere possent in
portum regressi sunt.
6. Timebat ne consilia sua ab hostibus cognita essent.
7. Veriti ultra progreedi milia (milibus) passuum decem ab
urbe conserderunt.

EXERCISE 166.

Alter exercitus jamdudum alterum spectabat. Tandem senex quidam progressus rogavit ut juvenis ex utroque exercitu deligeretur qui pro civibus suis pugnaret. T. Manlius igitur ex altero exercitu et pater ejus Q. Manlius ex altero processit; neuter autem sciebat quis alter esset. Accidit enim ut patre absente natus T. Manlius a Scythis abriperetur. Primo quidem superabat filius; pater enim hastam tanta vi conjecit ut lapsus ipse humum ceciderit. Sed celeriter ortus filio vulnus funestum inflixit; ille enim hostem proruenter nomen suum clamare audiverat, et quium sciret eum patrem esse suum ne manum quidem ad se defendendum movit.

EXERCISE 167.

Exercitus Octaviano numero quidem multo major erat quam L. Antonio, sed tanta negligentia illa nocte consedit (locum cepit) ut paene ab hostibus oppressus deleretur. Casu enim duces quibus L. Antonius confidebat eum certiores non fecerant fossam viginti quinque pedes latam esse quae castra regis a fronte defenderet. Itaque rebelles cum jam proruerent ad vallum oppugnandum hac fossa impediti sunt. Duces suos jussérunt plausta eo (in eam) conjiceré, sed custodibus alterius exercitus jam excitatis, ballistae saxa in eos ingerere cooperant. Antonius quidem dicitur, suos hortatus ut fortiter pugnaront et in loco perstarent, ipse ex acie (equo) avectus esse, si forte aliquem locum ubi tutus esset reperiret.

EXERCISE 168.

1. Non est dubium quin de industria hoc fecerit.
2. Negare non poteram quin nocens essem.
3. Nemo est quin saepe peccet.

4. Ne prohibueris quin profiscantur.
5. Non possum facere quin ad te scribam.
6. Non dubitabamus quin a nobis ille staret.
7. Non fieri potest ut nocens effugiat.
8. Haud multum abfuit quin fame perirem.
9. Non dubitandum est quin fidem praestaturus sit.
10. Nemo in urbe erat quin aut filium aut fratrem in exercitu haberet.

EXERCISE 169.

1. Non negant quin pacem aequis conditionibus cupiant.
2. Nemo fuit nobili genere (ortus) quin Catilinam contemneret.
3. Haud multum (minime) abfuit quin urbem vi et armis caperent.
4. Non dubito quin jam consul sit.
5. Noli prohibere (impedire) quin Roma discedat.
7. Non fieri potest quin illi credamus.
8. Dubitare non possumus quin hoc plebi (vulgo) placeat.
9. Nulla navis est quin tempestate laesa sit.
10. Facere non potui quin te consularem.

EXERCISE 170.

1. Per te stetit quominus exercitus doloretur.
2. Quis te impediens quominus nobis subvenires?
3. Nive impediti sunt quominus Alpes transirent.
4. Te classem prohibere oportuit navem solvere.
5. Milites detergere non poteramus quominus (or quin) in hostem impetum facerent.
6. Per nos stetit quominus domus incenderetur.
7. Prohibere eos debemus nos aggredi.
8. Milites non poterant prohiberi in flumen procurrere.
9. Per me credo stetisse quominus vinceremur.

10. Vix iis obstare poteram quominus (*or quin*) naves incenderent.
11. Recusaverunt quominus urbem relinquenter.

EXERCISE 171.

1. Per Horatium stetit quominus Roma caperetur.
2. Milites prohibendi sunt urbem intrare.
3. Dux suos vix prohibere potuit quominus (*or quin*) domos incenderent (*or* domos incendere).
4. Ne timor te deterreat quominus (*or quin*) vera dicas.
5. Debes vetare classem solvere.
6. Nonne per regem nostrum stetit quominus periremus?
7. Tribuni prohibere poterant quominus leges juberentur.
8. Per legatos stetit quominus pax fieret.
9. Urbe hostibus tradita prohibuimus quominus cives fame morerentur.
10. Illos minis prohibuisti vera dicere.
11. Nonne recusavisti quominus cibum (rem frumentariam) exercitu praeberes?

EXERCISE 172.

1. Nemo est quin sciat hoc fieri oportere.
2. Prohibendi sunt hostes flumen transire.
3. Haud dubium est quin manere debuerint.
4. Loqui dubitabant: nec mihi dubium erat quin irati essent.
5. Haud multum abfuit quin urbs deleretur.
6. Nemo adest quin te mentiri sciat.
7. Per Themistoclem stetit quominus Athenienses Salamina relinquenter.
8. Nemo est quin me pro patria pugnasse sciat.
9. Ne hos prohibere conatus sis effugere.
10. Non est dubium quin nos prodiderint.
11. Non possum facere quin nos servatum iri sperem.

EXERCISE 173.

1. Fieri non potest quin haec audiveris.
2. Non est dubium (dubitandum) quin vixerint fortis ante Agamemnona.
3. Quis tam turpis est quin patriam amet?
4. Per deos stat quominus fame mortui simus.
5. Ne recusaveris eos adjuvare (quominus adjuves) qui civitati profuerint.
6. Non dubitavi quin me decipere vellent.
7. Nostris vix prohiberi poterant quominus statim oppugnarent.
8. Facile impedivi quominus servi haec Caio nuntiarent.
9. Non est dubium quin hic nuntius magnum civibus pavorem sit injecturus.
10. Fieri non potest ut civitatem servemus.

EXERCISE 174.

Nemo est quin audierit quam fortiter pontem quo hostes Romanorum se urbem intraturos sperarent Horatius Cocles defenderit. Primum cum comitibus duobus, deinde solus omnem in se factum impetum sustinens hostes prohibebat transire: neque dubium est quin saluti reipublicae Romanae fuerit. Identidem aggressi hostes semper magna strage sunt repulsi. Tandem, quum haud multum abasset quin pons ab Romanis rescinderetur, civibus ut rediret exclamantibus, deum fluvii precatus in aquam se projectit. Verentur amici ne submergatur: sed praeter opinionem et suorum et hostium tutus in alteram ripam evadit.

EXERCISE 175.

Hoc anno Galli duce Brenno cum Alpes transissent bellum Romanis minabantur. Dicuntur autem a legatis quibusdam

Romanis lacessiti esse, qui, jure gentium violato, proelio inter Gallos et Etruscos facto interfuerint. Quos quominus puniret quum senatus recusasset, Galli jurati se cum dis hanc injuriam ulturos Romanam profecti sunt. Ad Alliam flumen Romanos magno proelio vicerunt neque postea quisquam eis obstitit. Magnopere quidem mirati quod nemo prohibere conatus est (conaretur) quominus Romanam intrarent, aliquamdiu extra muros manserunt.

EXERCISE 176.

Quo tempore Seythis tot hostes quot vicini erant rex Suevorum Forum Noyum obsedit breve tempore eo potitus est. Non est dubium quin per oppidanorum negligentiam hoc acciderit: sunt autem qui dicant (ex) proditione effectum esse. Erant tamen civium qui ad ultimum resistere constituerint. Inter hos erat sacerdos quidam qui cum paucis comitibus se in aedibus conclusit; et ceteri, ejus fortitudine confirmati, conditionibus recusatis in hostes tela immittebant. Nuntiis qui se dedere juberent ad hos identidem missis tandem hostes aedes incenderunt: sed summa constantia in aedibus incendi quam cedere malebant; constituerant enim libertati patriae non superesse.

EXERCISE 177.

Antiochus legatos Romanos, quum advenissent, salutabat manumque ad Popillium porrigebat; qui tamen oblatas litteras jussit primum legere. Rex quum perlegisset respondit se, quid agendum esset, amicos consulturum esse: sed Popilius virga quam manu ferebat rege circumscripto "Priusquam hoc circulo excedas," inquit, "responsum dato quod senatu Romano referam." Primum haud multum abfuit quin rex ne legato pareret recusaret: haud tamen ignarus quantum sibi prodesset amicitiam Populi Romani

servare, tandem se quod vellet senatus acturum esse respondit. Quo facto tandem Popilius ad regem velut ad amicum sociumque manum porrexit.

EXERCISE 178.

Hannibal, quum legati qui eum Carthaginem revocarent in Italiam advenissent, summa ira iis acceptis vix ab lacrimis temperabat (prohibitus est quin lacrimas effunderet). Exclamans "non est dubium" inquit "quin mei cives odio invidiaeque, non ipsi Romani me vicerint. Quo vultis me ducite. Italia quum relinquenda sit haud multum quo abeam mea interest." Legatis autem timentibus ne reipublicae diutius servire nollet et maxime interesse Carthaginem defendere persuadentibus, urbem respondit quae suis ducibus confidere timeret non dignam esse quae ab illis defenderetur.

EXERCISE 179.

Poeni quod tam celeriter classis Romana ab Africa discessisset elati, plus etiam exitio ejus auditio gaudebant. Jam vero jactare poterant se mari quidem amicos esse sed hostes omnibus qui in eo navigarent. Quae quum ita essent Romani eos prohibere non poterant quominus bellum ad Siciliam transferrent cum omnibus copiis terrestribus et centum quadraginta elephantis et classe quae exercitui subveniret. Hac insula recto cursu petita et copiis eductis, locos campestres vastare paraverunt. Romani tamen constantia invicta novam classem instruendam suscepserunt, et tribus mensibus ducentae (et) viginti naves aedificatae ad certamen paratae sunt.

EXERCISE 180.

Imperium Xanthippo mandatum est, qui omnibus is visus est cui optime confidere possent. Clamatum est proelium statim committendum (esse), nemo enim dubitabat quin

Xanthippo duce victuri essent. Ille igitur dux hoc modo constitutus (creatus), exercitu in campum educto, proelium cum Romanis committere paravit. Primo imperavit ut elephanti impetum in median aciem Romanorum facerent et equites utrimque in alas inciderent. Quo facto equites Romani, multo inferiores numero, re integra fugiunt, et elephanti in primos ordines peditatus Romani invicti hostes passim prosternunt. Legionarii tamen, quos simul aggressi sunt et a fronte pedites et a latere equites et a tergo elephanti, plerique fortiter resistunt et in loco (ubi stant) moriuntur.

EXERCISE 181.

Decem post annis Caius, frater natu minor Tiberii, ratus se oportere fratris mortem ulcisci, leges tulit quae rem publicam everterent. Plebem enim Tiberii mortis nondum oblitam patres auctoritate sua non prohibere potuerunt quominus Caium tribunum plebis crearet. Tiberius vero leges tulit quod eum plebis miseruit, Caius autem suas quo facilius ulciscendi libidini indulgeret. Regni quoque appetendi accusatus est. Tunc biennium multis orationibus apud populum habitis omnes eas leges ferebat quae potestatem senatus diminuerent, quarum iniquissima fuit illa quae effecit ut panis plebi vili daretur.

EXERCISE 182.

1. Simulac nos conspexerunt discessere.
2. Sciebam eos simulac nos conspexit discessuros esse,
3. Postquam quid actum sit audieris, quid te agere oporteat scies.
4. Discedere prius noluit quam ducem vidisset.
5. Ex quo tempore de clade exercitus certiores facti fueramus omnem spem salutis abjecimus.
6. Simulatque signum datum est milites omnes simul procurrerunt.

7. Quoties nuntii adveniunt omnes ad portas currimus.
8. Donec stipendium accepissent discedere noblebant.
9. Caesar omnes copias prius in naves imposuerat quam Pompeius Brundisium adveniret.
10. Priusquam Pompeius Brundisium advenit Caesar omnes copias in naves imposuerat.

EXERCISE 183.

1. Prius fere victi sumus quam pugna est commissa.
2. Galli castra oppugnabant priusquam nostri muros complerent.
3. Milites postquam e navibus egressi sunt eas incenderunt.
4. Certiores facti sumus ducem postquam stipendium solvisset suos dimisisse.
5. Turba prius convenit quam ad templum advenirem.
6. Simulac rex visus est omnes cives clamorem sustulerunt.
7. Quum regressus eris quid actum sit audies.
8. Ferte signa, milites, priusquam nos hostis conspexerit (conspiciat).
9. In via manebant donec rex praeterierat.
10. Hic nobis manendum est donec amici nostri advenerint.

EXERCISE 184.

1. Ad te veniam quum hoc opus perfecero.
2. Simul atque opus perfeci ex urbe excessi.
3. Castra ab hostibus prius oppugnata sunt quam nos arma capere possemus.
4. Caesar apud suos ante contionatus est quam hiberna reliquit.
5. Nuntiatum est equites praemissos esse antequam exploratores regressi essent.
6. Mane Romae donec alias litteras acceperis.
7. Constituerunt non ante discedere quam litteras nostras accepissent.

8. Simulac bellum indictum est imperator suos eduxit.
9. Captivi in silvas prius effugerunt quam milites eos consequi possent.
10. Nostri conferto agmine progressi sunt donec senserunt hostes pedem referre.

EXERCISE 185.

1. Horatius restitit donec pons rescissus est.
2. Exercitum relinquam quum primum novus consul adveniet (advenierit).
3. Cicero recusavit quominus ad provinciam iret postquam abiit consulatu.
4. Adero quum primum me arcesses.
5. Recusavīt quominus exercitum relinqueret dum novus consul adveniret.
6. Postquam Pompeius ex acie effugit milites ejus statim dispersi sunt.
7. Non tibi ante in navem condescendum est quam ego jussero.
8. Non prius accusabitur quam ipse Romae aderit.
9. Consul negavit P. Scipionem ante accusatum iri quam Romam redisset.
10. Milo in senatu erat donec dimissus est.

EXERCISE 186.

Simulac Demosthenes cum copiis Syracusas attigit Niciaeque cum exercitu se conjunxit urbs acrius obsidebatur. Primo quidem inertia Niciae ipsum Demosthenem directam oppugnationem facere prohibebat: tandem tamen illi persuasum est ut noctu urbem oppugnare suos sineret. Qui impetus infeliciter evenit: Athenienses enim, priusquam ad Achradinae muros advenerunt, inter se turbabantur nec multum abfuit quin ob-tenebras secum ipsis confligerent.

Itaque receptui ab Demosthene canendum fuit posteaque rursus superante Niciae consilio fame urbem redigere constituere.

EXERCISE 187.

Haraldus, simul ac nuntius allatus est Gulielmum e nave egressum esse, ad meridiem magnis itineribus contendit. Milites ejus, qui recenti victoria elati spem victoriae non abjecerant, noctem ante proelium commissum epulando ac bibendo egerunt. Ancipiti proelio totum diem dimicatum est et vesper jam appropinquabat priusquam satis certum fuit utri victuri essent. Tandem fuga simulata Gulielmus hostes e loco elicuit et equites Normannorum magnam stragem inter pedites Saxonum ediderunt. Nec Saxones se fugae ante mandarunt quam regem, oculo sagitta transfixo, occidere viderunt. Quo mortuo fusi passim (in omnes partes) diffugerunt.

EXERCISE 188.

1. Quum ver redierit ex hibernis discedemus.
2. Quum se occisum iri pro certo haberent tamen progressi sunt.
3. Jam ad urbem appropinquabant quum novas copias advenisse nuntiatum est.
4. Quum quid agendum esset ignorant nuntios exspectare constituerunt.
5. Quum potueram rure semper vixi.
6. Quum nullam esse spem salutis scient fortiter constituerunt mori.
7. Quum redieris mutatam urbem invenies.
8. Vix iter incepéramus quum ut consisteremus imperatum est.
9. Quum prope ab urbe abessemus constitimus.
10. Quum se posse resistere crederent se tradere nobleant.

EXERCISE 189.

1. Nos obviam tibi veniemus quum tu advenies.
2. Dux quum se suos conservaturum speraret receptui cecinit.
3. Nos Veiis eramus tum quum tu Romae eras.
4. Quum scirent se victimi iri tamen nolebant se dedere.
5. Cives fame paene mortui sunt quum auxilium advenit.
6. Nos quum sciremus hostes adesse conati sumus quando nos aggressuri essent cognoscere.
7. Signum datum est quum navis appropinquaverat.
8. Quum credas nullam spem salutis esse, cur diutius manes?
9. Qui cum Athenas venissent amicos suos invenerunt.
10. Quum existimatis me vos decepisse cur alio nuntio non utimini?

EXERCISE 190.

1. Dum sylvam succidunt eos hostis adoritur.
2. Dummodo accusatus sit sine dubio in vincula conjicitur.
3. Dum dormimus clam hostes nos circumvenerunt.
4. Dum Camillus revocatus sit non rem prospere geremus.
5. Dum (quamdiu) reges Romae regnabant nemo libertate fruebatur.
6. Dum collem transeunt nulli hostium visi sunt.
7. Dum transfugae traditi essent de pace agere noluerunt.
8. Nos ipsos celabamus dum flumen transiissent (transierant).
9. Dum tu manebis, ego etiam manebo.
10. Minucius promisit se dum dictator abesset (abest) non proelium commissurum esse.

EXERCISE 191.

1. Dum nos tempus terimus Galli nos consecuti sunt.
2. In carcere retentus est dum rex victor rediret.

3. Dum conjurati Caesarem cingunt Antonius a Trebonio clam deductus est.
4. Ne eum rogaveris dum irascitur.
5. Dum Romam ad tempus perveniat, consulatum petet.
6. Milo dixit se in senatu mansisse dum dimissus esset.
7. Dum hi colloquuntur Galli visi sunt furtim progredi.
8. Adveniebant transfugae dum exercitus Manlii minimus fuit.
9. Vincemus dum (modo) eos ad proelium eliciamus.
10. Negavit se pugnaturum esse dum novae copiae advenirent.

EXERCISE 192.

1. Placuit dum ver appeteret non ex hibernis exceedere.
2. Sciebant dummodo ne frumentum deficeret se oppidum defendere posse.
3. Dum (quamdiu) frumentum suppeditabat, omnibus oppugnationibus resistebant.
4. Obsidionem omittere coacti sunt dum novae copiae advenissent (advenirent).
5. Et ab hostibus lacesisti sunt et ne sui ad hostem transirent timebant.
6. Plerique homines, quum periculum patriae instat, se fortes praebent.
7. Quum quid actum sit audiero ad te scribam.
8. Jussi sunt dum hostis sibi pugnandi occasionem daret castris se tenere.
9. Nos pedem referre oportet, inquit, præsertim cum hostis novas copias acceperit.
10. Dum pugnatur nemo loco cessit.
11. Dummodo socii paullo diutius resistere possint, poterimus proelium redintegrare.
12. Milites, quum signum receptui datum esset, tamen loco cedere noluerunt.

EXERCISE 197.

Atheniensibus Sphaeteria insula potiri frusta conatis cives ut quid agendum esset deliberarent convocati sunt; inter quos Cleon, qui privatus modo erat neque omnino belli peritus, se (eos) nunquam talibus usos ducibus insula potituros esse affirmavit. "Me duce" inquit "non viginti dies fore ut hostes resistant pro certo habeo." Non quidem est dubium quin ceteros duces aspernandi causa hoc dixerit: summa tamen imperii statim ab Atheniensibus ei commissa, sine mora ad sedem belli profectus, adjuvante fortuna, praeter omnium opinionem quod suscepserat confecit victor que viginti post diebus Athenas rediit.

EXERCISE 198.

Jam illucescebat quum dux signum dedit, magnum praemium ei pollicitus qui primus moenia ascenderet. Nemo quidem eis ubi muri proruti erant urbem intrantibus restitut, aut muros per scalas (scalis) ascendentibus. Simul atque clamor demonstravit urbem captam esse, barbari omnes loco relicto in arcem configerunt. Dux autem hostium suos sivit urbem diripere, partim quod ipse civibus iratus erat, partim quod milites adhuc semper prohibitos quominus urbes captas spoliarent voluit tandem aliquod praemium virtutis habere. Accusatus quidem est quod hoc fecisset ut suaे invidiae satisfaceret.

EXERCISE 199.

Vidit quidam somnio ovum a summio cubili suspensum. Qui quum postero die amicum quendam viisset interrogatum quid hoc somnium significaret, certior factus est se magnam auri copiam sub cubili celatam inventurum esse. Quum aliquot horas fodisset multum aurum argento cinctum invenit; argenti igitur parvam partem ad amicum misit.

Ille autem iratus quod tantulum praemium acceperat nuntium misit qui rogaret nonne partem sibi vitelli dare posset; namque, quum aurum argento opertum esset, deum vitello quidem aurum, reliqua autem parte argentum significare voluisse. Evidem tamen pro certo non habeo hanc fabulam veram esse.

EXERCISE 200.

Hic, quum patria falso crimine expulsus esset, tamen non destitit quum facultas oblata erat (facultate oblata) ei pro virili parte servire. Non enim is fuit qui suum commodum reipublicae anteponeret, et affirmabat cives suos se, cum opus esset, revocaturos; quod ad tempus (ad id temporis) se velle in exsilio manere. Mox autem potestas facta est studii monstrandi. Conjuratio enim a nonnullis perditis facta est, qui magistratibus interfectis ipsi summam imperii usurpant. In hoc discrimine cives exsulis memores nuntios mittunt qui eum rogarent ut sibi subveniret. Qui omnium injuriarum quas passus erat oblitus adventu suo civibus qui sese tam injuste usi erant salutem attulit.

EXERCISE 201.

Rutilius non dignus fuit qui procunsul fieret. Profectus enim ex Asia, dum Ephesum visit, cuius urbis cives Diana colunt, templum illius deae spoliaverat; et multa alia fecit quae omnibus Romanis morum antiquorum displicerent. Verum etiam quum furtum admiserat id joco excusabat (jocum habebat quo id excusaret). Dixit quidem se libenter parva aurea pocula capere quae statuae deorum manibus porrectis tenebant (tenerent). Comitibus autem rogantibus nonne existimaret se aliquando poenas daturum esse, respondit deos eum non esse punituros qui commoda precatus ipse caperet donum quod primum offerrent. Senex quoque eadem quae juvenis faciebat — moriturus enim, "Unius

quidem rei," inquit, "me jamdudum paenitet quod aureum pallium, quo Jupiter in templo suo in Messenia vestitus est, non abstuli. Potui enim lanum pro aureo reddere."

EXERCISE 202.

1. Si hoc facere potes, statim faciendum est.
2. Si hoc facere possem, statim facerem.
3. Pauperibus, si indigere videbantur, semper pecuniam dederunt.
4. Si captivi effugerint, nos poenas dabimus.
5. Si tibi meo consilio opus esse existimarem, te juvare conarer.
6. Si statim profecti essent, improvidos hostes invenissent.
7. Non jam adessem si amicorum consilio paruissem.
8. Nisi jussero, ne domum reliqueris.
9. Si auxilium rogabantur, libenter id dabant.
10. Si auxilium rogati essent, libenter oportuit dare.
11. Semper si digni eramus qui juvaremur nos juvabant.

EXERCISE 203.

1. Ne promiseris unquam nisi fidem praestare potes.
2. Si ad castra pervenerimus, tuni erimus.
3. Nisi flumen tam altum esset potuimus id pedibus transire.
4. Se prudentiores praebuissent si copias statim exposuerissent.
5. Erres si me hoc de industria fecisse putes.
6. Si quis irae moderari non potest oneri est amicis.
7. Sive te laudat sive culpat, scis te jure egisse.
8. Si novae copiae venissent hostes coacti essent obsidione desistere.
9. Si arma sument contra patriam digni erunt qui capititis damnentur.

10. Si quem videbat (viderat) indigna patientem semper eum adjuvare conabatur.
11. Si modo tacuissemus, non talia mala jam pateremur.

EXERCISE 204.

1. Nisi mihi irrisisset, forsitan ei ignossem.
2. Dummodo me timeant, oderint.
3. Si Caesar pontem in Rheno fecisset facile Germani in potestatem ejus essent redacti.
4. Si statim hostes adoriemur sine dubio eos vincemus.
5. Meus si frater esset nihilominus eum damnarem.
6. Nunquam bellum L. Scipioni commissum esset nisi P. Scipio se eum comitaturum esse promisisset.
7. Nisi tributum esset impositum, Macedones feliores nunc quam sub suis regibus essent.
8. Si quis mihi injuriam fecit, legibus, non vi poenas de eo sumo.
9. Si modo Italiam intraverimus, recto itinere Romam vos ducam.
10. Nisi quis ambitu utitur consulatum petere minime ei prodest.
11. Seu Romam ieris seu hic manseris, ego non urbe excedam.

EXERCISE 205.

1. Poetae fame moriuntur Romae nisi divites eos sublevant.
2. Si recto cursu Romam petemus hac nocte in Capitolio epulabimur.
3. Antiquitus si quis se aptum ad regendum praebebatur, plerumque consul creabatur.
4. Sive hic nuntius verus est sive falsus, nobis ubi sumus manendum est.
5. Certo nuntium tibi ad tempus attulisset si modo potuissem.
6. Si hostes statim nos aggredientur, metuo ne non eis resistere possimus.

7. Si hoc te rogem jure irascaris.
8. Si (quum) domum redieris multos amicos invenies.
9. Nisi quondam pauper fuisse non jam divitiis fruerer.
10. Si Gracchus regnum petiit jure interfectus est.

EXERCISE 206.

1. Nos primae aciei, si occisa erit, succedemus.
2. Si adessem, quid agendum esset scirem.
3. Nisi eum admonueris, tribus diebus oblitus erit.
4. Si adesse posset, hanc rogationem jam profecto suaderet.
5. Si eras adsit, hanc rogationem suadeat.
6. Si Fabius majorem in republica auctoritatem habuisset, nunquam Varro consul creatus esset.
7. Si quid contra leges egerit, de eo poenas sumite.
8. Si quis contra leges quid agit, puniendus est.
9. Si quis eum consipiat, comprehendatur.
10. Jam in carcere esset si modo eum comprehendere potuimus.

EXERCISE 207.

1. Si contra rempublicam conjurarunt digni sunt qui suppicio afficiantur.
2. Nisi conjurassent jam in urbe viverent.
3. Si ad litus perveneris, poteris in navem descendere.
4. Si meo consilio paruissest, tuas divitias servasses.
5. Si eos scelerum paenitebit, eis ignoscetur.
6. Nisi huic parces, odio eris omnibus.
7. Si sibi consiluisset, Caesaris amicitiam non amisisset.
8. Si auxilium Poenis submittamus odium Romanorum subeamus.
9. Si tui visendi causa venerint, jube eos manere donec ego adveniam.
10. Oportet te divitiis bene uti si vis beatus esse.
11. Sive voluisti sive non, hoc facere debuisti.

EXERCISE 208.

Multos et fortissimos proditione, commilitones, amisimus et ab amicis sumus relictii. Non tamen desperandum est et si vincere non poterimus mori saltem summa laude malimus quam in potestatem venire barbarorum qui nos summis doloribus affident. Si maiores nostri maximos illos Persarum exercitus sustinere noluisserent, adhuc penes barbaros Graecia esset. Nos autem, si talibus nos praestiterimus dignos, haud minus patriam juvabimus. Di ipsi, laesae fidei ultores, a nobis stabunt: quin immo, quum violatum foedus aegre ferant, in aciem nos sequentur, pro nobis certabunt.

EXERCISE 209.

Imperator ita apud suos contionatus est: "Videtis, milites, quantae sint hostium copiae et quam inexpugnabilem locum teneant. Si eos statim adoriemur, sine dubio magnam cladem accipiemus. Sin autem illi loco relicto nos aggrediantur, bonam spem victoriae habeamus, namque flumen altum eis prius transeundum est et collis praeruptus ascendendus quam ad nostras munitiones pervenire possint." His verbis summa difficultate suis persuasit ut intra munitiones manerent; quod consilium saluti fuit exercitui. Nam si Romani hostes adorti essent, qui et numero et loco superiores erant, sine dubio victi essent.

EXERCISE 210.

Mortuo Tib. Graccho C. Blosius miro modo amicitiam praestitit. Quum enim Senatus decrevisset ut si quis cum Graccho consensisset puniretur Blosius, apud consules accusatus, amicitiae excusatione utebatur. "Seu judices" inquit "me damnabunt seu me absolvant semper gaudebo me Gracchi fuisse amicum. Si vos, consules, me jubeatis

me ipsum ea lege servare ut Gracchum accusem, non ita me incolumem faciam. Si moriendum erit, moriar amicis fidelis." Dubitant consules; tandem roganti alteri "Num si Gracchus templum Jovis incendere jussisset id fecisses?" Blosius respondit "Non ille jussisset."

EXERCISE 211.

Adventu ducis conjuratorum cognito, praefectus castelli suis convocatis ita locutus est: "Si quidem omnia proficerent non existimarem me oportere eos quibus praesim consulere. Quum vero hostes jam adsint, neque nos satis frumenti comparaverimus, si quis timidus adest (aut) si quis non animo paratus est usque ad mortem pro rege nostro pugnare, abeat neve nobis hic obsessis oneri sit. Si potero eum incolumem in Celtica fluvii ripa exponam." Si rex ipse milites allocutus esset, non potuerunt plus studii praestare quam hac oratione audita praestiterunt, nec si quis abeundi cupidus fuit ausus est fateri.

EXERCISE 212.

1. Si optimus quisque periit, quis ad rem publicam administrandam superest?
2. Si suos unquam laborantes viderat ipse eos adjuvare conabatur.
3. Imperatum est ut quisque suam salutem peteret.
4. Maxime nostra interest num quis nobis absentibus adfuerit cognoscere.
5. Diu equus amissus est neque quisquam eum reperire potest usquam.
6. Negavit quemquam sibi ut pecuniam acciperet persuasise.
7. Si capta fuerit urbs, hostis, opinor, nemini civium parcer.
8. Nostri quum aliquamdiu munitionibus se tenuissent tandem in hostem excursionem (eruptionem) fecerunt.

9. Philosophus quidam dixit ignem omnium rerum originem esse.
10. Haud dubium est quin nonnulli hostes nos a tergo adoriri conentur.

EXERCISE 213.

1. Ego regressus certior factus sum aliquem mei visendi causa venisse.
2. Quam celerrime regressus sum nec quemquam apud me reperiè potui.
3. Ecquis te rogavit quid faciendum esset?
4. Si quis neget spem ullam esse, a civibus interficiatur.
5. Volo quemvis (quemlibet) mittere cognitum quid agatur.
6. Nescio quis dixit vitam longam summum esse malum.
7. Aliquamdiu affirmatum est optimum quemque nostrorum militum periisse.
8. Non dubium est quin perierint, neque unquam corpora usquam reperta sunt.
9. Quum Romam rediero, comperiam num quis meam domum emerit.
10. Imperatum est ut si quis domos diripisset (diriperet) interficeretur.

EXERCISE 214.

Si post tantam victoriam Galli statim fugientes persecuti essent, Roma profecto fuisse capta, adeo regressis iis qui ex acie effugerant cives erant metu perculti attoniti. Galli tamen haud tantam esse victoriam rati quanta revera fuit epulando castrisque spoliandis se dediderunt. Multis igitur qui ex urbe voluerunt excedere, occasio fugiendi data est, ii autem qui manebant se parare ad urbem defendendam poterant; qui reliqua urbe deserta in Capitolium se contulerunt quod firmo vallo muniverunt. Pro certo enim habebant, si Galli oppugnarent (oppugnassent), sibi opus fore omnium virium.

EXERCISE 215.

Parum quidem dubitari potest quin hujus cladis, seu proditione seu inscientia, auctores in primis fuerint duces. Exercitus enim si solita via iter fecisset advenisset incolumis postridieque aequo Marte contendere potuit. Breviore tamen usi tramite per agros ducente iter invenerunt ex alia parte palude, ex alia rupibus obsaeptum. Quo cognito dux, legatis convocatis, "Si ultra progressi erimus" inquit "in periculum adducemur ut ab hostibus inopinantes opprimamur: sin pedem rettulerimus serius fortasse adveniemus. Si modo certum iter tenuissemus, jam ad urbem appropinquaretur." Ad quae nemo statim respondit: et priusquam consilium captum esset clamor est sublatus hostes instare.

EXERCISE 216.

Juvenis quidam Lacedaemonius, nomine Isadas, hoc in certamine praeter omnes enituit. Neque arma neque vestem induerat, hastam solam altera manu, altera gladium ferebat. Ita armatus summo ardore domo egressus primus in pugnam procurrerit. Qui quum omni ictu mortiferam plagam infligeret omnes qui impetum ejus sustinebant ipse incolumis prostravit. Seu tam miro spectaculo hostes attoniti sunt, seu ipsi dei ob egregiam virtutem eum servaverunt, constat neminem unquam tam mirifica praestitisse. Proelio autem confecto Ephori, ut ferunt, virtutis causa coronam ei decreverunt, quod tamen inermis tanto periculo se objecerat (objecisset), mille drachmis eum multavere.

EXERCISE 217.

Ipsa die quo patres num magistrum equitum deberent Romam revocare deliberabant nuntius allatus est eum eductis copiis quae in castris relictæ essent proelio-

que cum Samnitibus commisso gravem cladem accepisse. Itaque dictator ne moratus quidem ut patrum sententias cognosceret ad castra quam celerrime rediit. Magister equitum, ad tribunal arcessitus et rogatus cur ille, cui salus Populi Romani commissa esset, injussu dictatoris legiones quas castris tenere esset jussus, in aciem eduxisset, hoc solum respondere poterat: se existimasse legionibus quibus praeesset, si quando data esset facultas, pro bono Populi Romani uti oportere.

EXERCISE 218.

Princeps quidam Indicus ab Hispanis captus est; qui, quod ille inter suos pollebat, utramque manum desecuerunt eo consilio ut eum rursus in se arma ferre prohiberent. Ille tamen hanc injuriam ulciscendi cupidus domum regressus suos incitabat ne solitam virtutem se defecisse Hispanos existimare sinerent; qui quum crudelitatem qua Hispani in eum comitesque ejus usi erant viderent, incensis domibus, ne quis regredi vellet, obstinatis animis aut Hispanos expellere aut in acie perire in colonias Hispanicas invaserunt. Saucius autem princeps, dum res geritur, sagittas quas pugnantibus praebet ore suo ferebat.

EXERCISE 219.

Romani quidem certiores facti de clade quam acceperat Regulus, magnam classem ad superstites reducendos instruxerunt. Poeni autem jure rati constantiam Romanorum una victoria non fractum iri, ipsi novam classem aedificare coeperunt quae se (ab) alia incursione defenderet. Verum frustra conati sunt Clypeam ante redigere quam Romani ad eam pervenire possent. Praesidium enim exiguum, mira quadam virtute, omnibus oppugnationibus repulsis usque ad

proximam aestatem restiterunt, quo tempore classis Romana advenit. Proelio navalی contra promontorium Hermaeum facto victores Romani Clypeae defensores, qui salutem tam bene meruerant, in naves excepérunt.

EXERCISE 220.

Si quidem Hanno, cui imperium jam permisum est, exemplo Hamilcaris usus esset, Romani sine dubio victi essent. Illic autem quum imperium paulisper modo obtinisset fide omnino se indignum praebuit. Nam si quando ex parte rem prospere gesserat, non potuit fortuna uti; et quum certam victoriam, se judice (ut existimavit ipse), reportasset, castra ex inopinato ejus negligentia capita sunt. Tanto in discrimine Poeni, quum non possent sperare virum, quo tam injuste usi essent, sibi subventurum esse, summam imperii Hamilcari iterum detulerunt; qui, patria omnibus rebus anteposita, eam recipere non recusavit. Deinde et disciplina severa et studio et auctoritate apud principes Numidicos, hostibus justo proelio victis, aliquot urbes quae defecerant recepit.

EXERCISE 221.

Ulysses in Phaeaciam insulam ejectus omni hospitio affectus est quo illis temporibus hospites ubique utebantur. Ab Nausicaa enim regis filia, quae ei prima occurrit, ad patris regiam ductus vestibus quas optimas texuerant puellae donatus est, epulisque quas optimas hospites praebere poterant acceptus. Postridie ludis celebratis, rogatus ut eis interesset, eum honorem primo recusavit; postea autem iuriis regis filii lacossitus, qui solus officii sui erga hospitem oblitus est, tantas fere vires quantas bello Trojano praestitit, et Phaeaces suis ludis superavit.

EXERCISE 222.

Tib. Gracchus si quis alius dignus fuit qui a suis civibus beneficiis afficeretur. Natus enim patre qui Hispaniam pacaverat—id quod multi alii consules re infecta reliquerant—et natu conjunctus cum utroque Africano, facile potuit principatum usurpare, si voluisse legibus parere neque conatus esset eas mutare. Sed iter ei per Etruriam ad primam suam provinciam faciendum fuit; quae terra tunc deserta, liberis nudata, a servis culta eum tantum comovit, ut constitueret aut remedium aliquod reperire aut in conatu (conatus) perire. Optimus quisque Romanorum legibus quas tulit favebat, et nisi tribunus quidam ei obstitisset opus plerisque—ne dicam omnes—approbantibus perfecisset.

EXERCISE 223.

1. Quanquam non majestatis damnati sunt, magnas injurias reipublicae intulerunt.
2. Etiamsi hoc neges, nemo tibi credat.
3. Quamvis magnus sit hostium numerus, non nobis desperandum est.
4. Etsi consilia sua comperta esse sciebant, simulabant tamen se insolentes esse.
5. Te hoc facere volo etsi non ipse fecisset.
6. Dux, quanquam saepe rem prospere gesserat, copiis suis displicebat.
7. Certum est mihi vera dicere, etiamsi inimici mihi mortem minentur.
8. Caesar, quamquam jam maximas pecunias mutuatus erat, nihilominus credebatur.
9. Quamvis quinques me decepisset, nihilominus ei confisus essem.
10. Satis sim contentus etiamsi paulisper in exsiliū ire cogar.

EXERCISE 224

1. Etsi magnum pretium mihi offerat, non fundum vendam.
2. Romam hodie adveniendum est, quamvis multa impedianter.
3. Quanquam eum nocentem esse pro certo habeo, id agam ut eum absolvam.
4. Quamvis exercitus ejus magnus sit, una acie non omnia periclitabitur.
5. Etiamsi totius Galliae princeps esset, non ei parcerem.
6. Quamquam totius hujus regionis ditissimus erat, exiguum pecuniam pauperibus dedit.
7. Quanquam dei a nobis stant, gladio opus erit.
8. Etsi optimae essent legionum mearum, tamen ad Pompeium eas remitterem.
9. Caesar duas legiones a Pompeio missas, etsi suarum erant optimae, ad eum remisit.
10. Quamvis magnum periculum subirem, non tali causa id vitare conarer.

EXERCISE 225.

1. Quivis tacere potest etiamsi iratus est.
2. Constituerant tacere quamvis multi cruciatus sibi infligerentur.
3. Aliquamdiu restiterunt quamquam pro certo habebant spem nullam salutis esse.
4. Quum credam te velle mihi prodesse, tamen non possum tuum auxilium accipere.
5. Nunquam tibi credam etsi te jurejurando obstringas.
6. Hoc discrimine socii defecerunt quamquam promiserant se in officio mansuros.
7. Etiamsi exercitus dimissus erit milites tamen erimus.
8. Diu ferociter pugnatum est, etsi numero hostibus multo inferiores fuimus.

9. Non debes talia coram aliis dicere, quamvis ea vera esse existimes.
10. Etsi conatus est dolorem celare, tamen non est dubium quin hoc aegre tulerit.

EXERCISE 226.

1. Quanquam jamdudum in externa terra habitabant, institutis majorum utebantur.
2. Recusarunt quominus hoc facerent, quamvis sibi prodesset.
3. Hostibus non cedemus quamvis magnae eorum copiae sint.
4. Etsi hostibus numero inferiores erant, locum summa constantia tenebant.
5. Quum callidus esset, tamen nos decipere non potuit.
6. Non possum ei confidere etsi promittat se fidem praetaturum esse.
7. Quanquam tam pauperes erant, non potuimus eis auxilium offerre.
8. Quamvis magna sit imperatoris potestas, tamen ratio ab eo reipublicae semper est reddenda.
9. Etsi rei fiant, sine dubio absolvantur.
10. Ad necem deducti sunt etsi dux promiserat se eos conservaturum esse.

EXERCISE 227.

Lucullus, quamquam saepe rem prospere gesserat, non potuit bellum cum Mithradate gestum confidere. Rex enim, postquam Triarium justo proelio Zelae vicit, hac Victoria contentus in montes se receperat. Jussit quidem Lucullus suos persequi: qui tamen, quamvis magna duci cupido esset regis capiendi, eum sequi noluerunt. Plerique enim ab Italia viginti fere annos abfuerant et ex quo tempore

Lucullus imperium obtinuit multa erant passi. Nam Lucullus, etsi bonus imperator erat, nihil ejus comitatis praestabat quae militum studium conciliet: idem, dum inopia sui afficiuntur, magno luxu ipse usus erat. Evenit igitur ut exercitus defendere quidem Pontum a Mithradate vellet, haud tamen omnino alterum bellum suscipere.

EXERCISE 228.

Caesar, etiamsi exercitus sibi oppositus multo major fuisset, nihilominus ex hoc bello victor evasisset. Tanta enim erat et disciplina et in re militari usus suorum ut, quamvis adversa esset fortuna, nunquam animum demitterent. Quod in bello Dyrrhachino praesertim manifestum erat. Quanquam enim oppugnatis munitionibus quas tanto labore fecerant defensores inde expulsi sunt, nihil tamen erat pavoris, neque milites passim per regionem diffugerunt; sed ii qui cladi supererant via in montes ducento conforto agmine se receperunt. Postridie igitur Caesar exercitum habuit restitutum, qui, quamvis deminutus, pericula fortiter obire paratus est.

EXERCISE 229.

Quamvis omnibus diversae sint sententiae de moribus Scipionis, nemo potest dubitare quin miram quandam auctoritatem apud suos acquisiverit. Si quidem nonnunquam de ejus jussis clam querebantur, tamen nemo fuit quin vellet, proelio commisso, capitis periculum pro eo subire; idque etsi manifestum fuit se ipsum (pro sua parte) nunquam conari suos conservare, sed obstinato esse animo, quamvis multi suorum occiderentur, hostes profigare. Qua de causa accidit ut Romani, quanquam multi et potentes hostes eis simul obsistebant, victores tot proeliis evaderent.

EXERCISE 230.

Athenienses, quum tot civitates defecissent, tamen immotam constantiam praestabant; qui quanquam ipsi duas totius classis partes praebebant, libenter Lacedaemoniis summam imperii non solum terra sed etiam mari permiserunt. Themistocles ille conatus est aliquid ejus studii quod in Atheniensibus excitaverat ceteris etiam Graecis injicere. Qui nisi tantum sapientiae quantum virtutis praestitisset, de libertate Graeciae actum esset. Ejus autem consilio socii se jurejurando obstrinxerunt fore ut usque ad mortem resisterent, et, si res prospere evenissent, Delphico deo decimam partem bonorum voverent omnium civitatum Graecarum quae se Persis sua sponte dedidissent (in deditioinem venissent).

EXERCISE 231.

1. Se gessit quasi fureret.
2. Sicut meritus est praemio est affectus.
3. Pugnabat velut salus civitatis in se uno poneretur.
4. Omnia providi perinde ac evenerunt.
5. Sicut tu putabas, id solum egit ut nos deciperet.
6. Rem publicam administrat non sicut res postulat sed quasi ceteris ipse futurus esset exemplo.
7. Non aequo ac putas nobis studet.
8. Haud eadem facit ac promittit.
9. Ut magni meam ipsius salutem, ita civitatis multo pluris aestimo.
10. Tibi in video ut rebus publicis vacuo.
11. Ut in tali discrimine, diu quidem dubium erat utri essent victuri.
12. Ut saepe fit, opere nondum perfecto defessus erat.

EXERCISE 232.

1. In flumen irrerunt quasi insani essent.
2. Nostri victi sunt sicut ego praedixi.
3. Oportet nos uti aliis perinde ac volumus eos nobis uti.
4. Animadversum est eum (visus est) saepe se convertere tanquam si quis se sequeretur.
5. Ut in tanto discrimine tantam prudentiam quantum poterant praestiterunt.
6. Videre aliud est ac credere.
7. Non dubium est quin nobis minus sit otii quam nostris majoribus.
8. Non eadem semper fecerunt ac promiserant.
9. Proelium commiserunt quasi nullo cladis timore afficerentur.
10. Graeci non eisdem virtutibus ac Romani insignes erant.
11. Se in flumen projecti quasi revera vellet inimicum servare.
12. Ut in tanto discrimine dux solus immotus permansit.

EXERCISE 233.

Proelio Zamae facto Hannibal eandem constantiam atque aciei instruendae peritiam quam quattuordecim ante annis pugna Cannensi praestitit. Fortuna tamen jam adversa erat, et in proelium init quasi hoc ipse non ignoraret. Elephanti autem, qui saepe Poenis saluti fuerant, jam Romanorum clamoribus territi in suos conversi primam aciem turbaverunt. Mercenarii milites in prima acie constiterunt; quos se recipientes Poeni secunda acie instructi inter ordines suos nolebant admittere et in eos velut in hostes impetum fecerunt. Quod non praeter opinionem Hannibalis factum est. Tertiae igitur aciei, veteranis ex Italia deductis, imperavit ut impetu facto turbam tumultuariam ex acie pellerent. Quo facto tandem proelium cum Romanis redintegratum est.

EXERCISE 234.

Nuntii, sicut jussi sunt, cives certiores fecerunt tribus diebus domos illis relinquendas atque in alium locum discedendum esse. Hi primo nihil responderunt, quasi quid postularetur non intelligerent; princeps autem, qui, ut in tali re, se intrepide gerebat, nuntios rogavit ut qua de causa haec postularent certius exponerent. Ad quae illi responderunt se ea solum quae sibi mandata essent agere. Tunc ex toto vico magni clamores gemitusque coorti sunt velut (si) poenam mortis subirent, universique nuntiis circumfusi sunt tanto furore iraque usi quantum si hi ipsi malorum fuissent auctores praestare potuerunt.

EXERCISE 235.

Antiochus incursionem in Aegyptum primo vere fecerat. Accidit autem perinde atque aliqui suorum praedixerant; nam simul atque Alexandriam appropinquavit, legatus quidam Romanus, nomine Popilius, eum aggressus litteras a Senatu missas porrexit. Quibus perfectis rex respondit se, suis amicis ad consilium convocatis, de re deliberaturum. Popilius tamen regi virga circumscripito imperavit ne eum locum prius relinquaret quam responsum sibi dedisset. Nec rogitanti regi quicquam respondit, sed tacitus adstitit quasi non audiret, donec rex audacia legati perterritus promisit se omnia quae Senatus decerneret facturum. Eodem modo Romani, quoque ierant, se geregant quasi ipsi imperium orbis terrarum obtinerent.

EXERCISE 236.

Cicero certior factus se ab Antonio proscriptum esse, quem ad villam quae haud procul ab mari erat configisset, in navem concendit eo consilio ut in Macedoniam transiret. Sed aliquoties in altum evectus et adversis

ventis repulsus tandem professus se in patria quam toties servasset moriturum esse ad villam regressus est. Tunc quum cubitum iisset bene ut in tanto periculo dormivit. Servi tamen, quasi periculum ejus providerent, excitatum eum et in lectica positum per silvas ad mare vixerunt. Mox autem milites, qui ad hoc missi erant, eum consecuti sunt; qui quum advenissent vetuit ille servos resistere, et cervicibus e lectica porrectis milites opus perficere jussit.

EXERCISE 237.

1. Sibi obsides traderent quos postulasset.
2. Cur ei illum sequi noluissent.
3. Se nolle eos prodere qui suam fidem sequerentur.
4. Num ille putaret se solum hoc scire.
5. Si hoc faceret omnes illum laudaturos esse.
6. Si se secuti essent, ad urbem tutos eos perventuros fuisse.
7. Progredierentur ut in hostem invaderent.
8. Sui se sequerentur: se facile hostem victuros esse.
9. Non semper sibi consulendum esse.
10. Eos tempestate prohibitos esse ad portum pervenire.
11. Illo die insignem victoriam se reportasse.

EXERCISE 238.

1. Cur sociis persuasissent ut deficerent?
2. Statim discederent neve unquam ad illum locum redirent.
3. Se illis antea dixisse qualis eventus pugnae futurus esset.
4. Modo sibi darent quae eos rogasset, se discessurum esse.
5. Quando sperarent novas copias quas exspectarent adversuras esse?
6. Se muros expugnasse; non tamen arcem in suis manibus esse.

7. Ne illi de salute desperarent.
8. Illos debuisse auxilium sibi celerius submittere.
9. Num eum furere qui talia diceret?
10. Quod si verum esset se recusare quominus eos diutius adjuvaret.
11. Nisi auxilium pervenisset omnes cives fame morituros fuisse.

EXERCISE 239.

1. Cur illi in suam patriam invasissent.
2. In patriam illi redirent.
3. Poenis se adortis, eorum septingentos, ducentos suorum imperfectos esse.
4. Ne sociorum injurias obliscerentur sed ulciscorentur celeriter.
5. Illo die majorem virtutem illos praestitisse quam eos.
6. Quum Romam rediissent, se de illis rebus quaestionem habituros esse.
7. Se non posse jam illos adjuvare. Si postridie venissent, se quid agere posset deliberaturum esse.
8. Tribus ante diebus se castra relinquere potuisse; jam, seu vellet, seu nollent, illic cogi manere.
9. Cives illum orare atque obtestari ut regressus rempublicam servaret.
10. Si domi suae maneret, certo ab iis illum oppugnatum iri.

EXERCISE 240.

1. Ubi ea nocte manere possent?
2. Se pro certo non habere se ad eos tempore perventurum.
3. Se duas legiones quas habuisset ad Pompeium misisse.
4. Illic nullam esse salutem aut sibi aut illi.
5. Si fidem praestaret eum jam (tunc) ibi adfuturum esse.
6. Omnes meminissent libertatem sibi in illo uno proelio positatam esse.

7. Ne argentum unquam darent ei qui sibi non esset notus.
8. Non facile esse simul civibus simul sibi consulere.
9. Num amicum suum negligendum esse quod abesset?
10. Cur se oporteret morem homini gerere qui patris sui libertus esset?

EXERCISE 241.

Deinde Labienus locutus est de Caesaris copiis contemptim. Ne illum esse exercitum arbitrarentur qui Galliam Germaniamque devicisset. Se quidem ipsum omnibus in iis regionibus factis proeliis adfuisse nec temere quod non cognosset affirmare. Minimam vero partem illius exercitus superesse. Multos enim pestilentia periisse, multos domum esse regressos. Nonne audiissent factas esse Brundisii legiones ex sauciis illic relictis? Copias quas coram viderent tirones esse et plerasque ex coloniis Transpadanis conscriptas. Robur autem exercitus duabus pugnis Dyrrhachii factis periisse. Se denique juraturum nunquam se nisi victorem in castra regressurum esse: ceteri eodem consilio uterentur.

EXERCISE 242.

Apud Livium scriptum invenimus Appium patribus convocatis affirmasse se surdum esse velle ne turpia consilia quae illo die nomini Romano dedecori essent audiret. Se maxime deplorare mutatum illorum animum, qui longe alias esset a priore tempore. Quo tanti spiritus, quo virtus fugisset? Nonne olim jactassent se Alexandro ipsi, si juventute sua in Italiam ausus esset invadere, non cessuros fuisse? Ne Lucanis jam Graeculisque id traderent quod patres sui gladio nacti essent.

EXERCISE 243.

Pacis conditiones, quamvis graves, eae solum erant quas in tali re exspectarent. Hannibal autem suis manibus de rostro oratorem detraxit qui ut bellum duceretur suadebat. Quamobrem irato populo, quod ita oratorum libertatem deminuisset, respondit sibi ignoscendum esse si postquani sex et triginta annos in castris meruisset, institutorum fori oblivisceretur. Apud Livium scriptum invenimus conditiones ab Scipione et magistratibus Carthaginiensium constitutas et Romam ad senatum relatas ab illo acceptas esse, et quod sati severas esse existimabat et quod verebatur ne illis rejectis Poeni bellum renovarent.

EXERCISE 244.

Deinde convocato concilio dux ita locutus: sibi jam constituendum esse num in loco perstare magis prodesset an dum jam est facultas se recipere. Novas enim copias quas diu exspectassent nondum advenisse: quod ad se attineret, se credere non parem esse hostibus exercitum suum. Scire tamen se virtuti patientiaeque suorum posse confidere et si illi voluissent se paratum esse quam diutissime resistere. Sententias aperte dicentes; se enim nihil invitis illis facturum esse. Cujus orationis quum dux finem fecisset, alia ab alio sententia edita tandem constituerunt, quum tot essent hostes, prudentius esse (consilium) se recipere neque gravis cladis periculum subire.

EXERCISE 245.

Caesar, quum de actis Senatus nuntius allatus esset, apud milites contionatus est. Quid patres egissent, qua causa egissent exposuit: Novem annos se suosque reipublicae fideliter servisse, et multas victorias reportasse. Germanos

se ultra Rhenum expulisse, Galliam fecisse provinciam Romanam; senatum jam violatis legibus munus abrogasse tribunis quod oratione se defenderent, affirmavisse rempublicam periclitari Italianaque in arma convocasse, quum ipse nullam iis injuriam intulisset. Deinde milites, quos Pompeius seditiosos esse putabat, consensu affirmarunt se ducem tribunosque secuturos esse. Toto ex exercitu unus solus legatus se infidelem praebuit.

EXERCISE 246.

Sulla, devictis inimicis imperioque sumpto, Senatum convocatum summo ardore postulavit ut C. Marius hostis decerneretur. Neque quisquam ei se opposuit donec Scaevola sententiam rogatus dicere recusavit. Qui quum Sulla eum voce minaci sententiam rogitaret respondit illi quidem licere manus militum ostentare quibus curiam cinxisset, licere mortem sibi identidem minari; nunquam tamen se coactum iri dicere Marium a quo respublica Romana servata esset Romae esse hostem.

EXERCISE 247.

His temporibus sunt qui cupere videantur non modo leges mutare—id quod forsitan laude dignum sit—sed totam rempublicam evertere. Talis viri orationem heri audiebam apud turbam artificum in foro ita contionantibus: Quis esset qui inter se dominaretur? Quis esset cui divitias congererent dum ipsi pecunia panis causa emendi carerent? Illos ipsos responsum posse dare nec sibi opus esse declarare. Patres satis valere ut aequas leges fieri prohiberent; M. Crassum quotannis consulatum sibi suisque amicis emere. Unum solum esse remedium. Ex urbe eos expellerent. Flammis et sanguine eos docerent quantum plebi injuriam intulissent.

EXERCISE 248.

Tertio jam die postquam copiae Roma profectae sunt, tristis nuntius allatus est hostes, exercitu Romano a. d. IV Id. Mart. (ante diem quartum Idus Martias) profligato, jam urbe Coriolis et omnibus agris bonisque sociorum potitos esse. Nuntius quidem rettulit se solum ex acie superesse; hostes recenti victoria elatos instare neque amplius tria millia passuum jam sine dubio ab urbe abesse. Adeo autem feroci eos esse ingenio ut pro certo haberet fore ut nemini quamvis seni infirmoque parceret. Quo auditu patres legatos mittere constituerunt qui aggredienti hosti obviam irent et pacem peterent.

EXERCISE 249.

Victoriam haud ancipitem jam reportaverat, et pro certo habebat bellum mox prospere eventurum, cum spes omnis perdita est quod milites bellum continuare recusarunt. Affirmabant enim se laboribus confectos esse, neque in meliorem spem belli conficiendi venire. Quare patria et si quid cordi esset relinquenda, mala omnia subeunda essent ut imperator victoriae irritae laudem adipisceretur? Si quidem hostes sequerentur se non posse eos in castellis montanis consequi, et ipsas victorias quas jam reportassent multo Romanorum sanguine stetisse.

EXERCISE 250.

Imperator autem respondit neminem quidem magis quam se suis consulere, stultorum tamen esse commoda victoriae paene exploratae perdere. Ne arbitrarentur se bellum modo suscepisse ut laudem sibi adipisceretur, illos enim secum fructus victoriae aequo particeps fore et hostibus profligatis posse, spoliis hostium auctos, domum statim redire.

Praeterea hostes etsi in montes confugerent nondum eo pervenisse, et signis confestim motis fore ut eos priusquam ad locum tutum se recepissent facile consequerentur.

EXERCISE 251.

Ne crederent, id quod vulgo in urbe jactaretur, so consulatum eo consilio petere ut provinciam acquireret divitiasque quas tot senatores civitatibus imperio Romano subjectis abriperent. Num eos putare se, Catoni quondam conjunctissimum, adeo animo mutatum esse? Immo se malle spem omnem honorum abjicere quam tantae infamiae occurrere. Se nuper audisse publicanos Ciliciae amicum suum Ciceronem rogasse ut sibi legionarios traderet per quos vectigalia colligerent. Eum primo quidem recusasse, postea tamen precibus superatum esse. Quin ipsos milites nisi Romani essent quominus tam crudeli operi interessent recusaturos. Verum conarentur philosophiae studere et malorum obliuisci quae sanare non possent.

EXERCISE 252.

Hac nocte rex parvam comitum manum circum se collectam paucis verbis valere jussit. Fortunam illorum tamdiu eum sua conjunctam esse ut non nisi ultima necessitate coactus talia verba ederet. Si quid spei jam restaret se fide et auxilio eorum ultra usurum, neve crederent se parvi ea facere. Paucos enim illos esse qui secum rebus prosperis fructi jam rebus se adyorsis oppressum deserere nollent, cuius rei summas se eis gratias habere. Jam vero saluti eorum consulendum, pro qua postero die se traditurum esse. Cur eos secum perdere oportaret? Cum rebelles se ipsum in potestate habuissent fieri posse ut illos sincerent quo-
cunque vellent effugere.

EXERCISE 253.

Imperator de ingenti hac multitudine certior factus consilio legatorum convocato ita locutus est: "Illós jam cernere quantum sibi periculum instaret. Colles armis signisque opertos esse et imperatorem Graecum bellis et victoris esse assuetum: salutem suam in consensu esse positam: sibi modo imperarent, se paratum esse imperium duci meliori concedere." Cum in tanto discrimine etiam inimici plausu demonstrarent se ei confidere, haec addit: "praemio victoriae confisi ne locum fugae ignavis relinquenter. Navibus et impedimentis ustis in illo loco proelium committerent." Qua sententia consensu omnium probata, dux acie instructa hostium impetum exspectavit. Fortasse nesciebat in eo loco Caesarem et Pompeium olim de imperio orbis terrarum decertasse.

EXERCISE 254.

Se potuisse in Hispaniam ire ubi fratrem participem laborum habiturus fuerit et Hasdrubalem hostem pro Hannibale. Sed cum oram legens audisset hostes in Galliam advenisse, se statim egressum equitibus praemissis castra usque ad Rhodanum movisse. Experiri se jam cupere num Carthago illis viginti annis novum genus civium edidisset, an eidem essent quos Eryce dimisso tam parvi aestimassent. Se quidem velle pro honore modo dimicari neque ipsa pro vita; sed pro Italia ipsa et pro domibus certari; neque altorum exercitum a tergo esse qui illis viotis (nisi illi vicissent) hosti obstaret. Reputaret quisque Senatum spectare, et fortanam Romae in sua virtute constare.

EXERCISE 255.

Interea Poeni, qui sciebant quam exiguae sibi copiae navales Lilybaei essent, neque dubitabant quin locus defendi non posset nisi auxilium ferretur (latum esset), novas copias statim mittere constituerunt. Hannibal igitur, Hamilcaris filius, quam celerrime ad Siciliam cum quinquaginta navibus et decem milibus milittum missus est. Qui, cum classe inter Aegates insulas contra Lilybaeum sitas navigans, tempus opperitur quo per scopulos et saxa portum cingentia se insinuare possit. Tandem ventum nactus secundum navem solvit, suisque ad certamen confertis, audacia successu digna per aditum angustum penetravit. Interim Romani, quorum naves in ancoris stabant, ejus temeritate attoniti pro certo habebant eum in scopulos allisum iri.

EXERCISE 256.

Atrociter et tumultuose pugnatum est. Primo impetu pelluntur oppugnatores atque e ducibus fortissimis, dum strictis ensibus castellum expugnant, nonnulli occiduntur. Mox iterum, fortuna secundiore, adgrediuntur. Ex alio in aliud locum pulsi sunt Indi, et summa ferocitate certantes pedem gradatim rettulerunt. Plerique veteranorum occisi sunt et post pugnam et longam et cruentam Philippus et dux sociorum cum globo bellatorum, qui adhuc supererant, e castello regressi ad virgulta silvae vicinae configiunt. Incendunt victores casas et castella: mox omnia flammis corripiuntur: senum, mulierum, infantium, multi inter flamas perierunt.